Weise bestimmt ist. Vermöge ihrer passiven Bestimmbarkeit hat sie die Fähigkeit und darum auch die Bestimmung, verschiedene Eindrücke und Formen in sich aufzunehmen. Nun gibt es, wie bereits öfter erwähnt worden, eine Stufenfolge von Formen der irdischen Körper in aufwärts steigender Ordnung; diese Formen scheiden sich aber durchgreifend in die elementaren Formen der einfachen, und in die Formen der zusammengesetzten Körper. Es gibt mehrere und entgegengesetzte Formen der elementaren Körper, da jede besondere elementare Substanz vermöge ihrer Particularität und Besonderheit auf andere, qualitativ verschiedene und entgegengesetzte Substanzen hinweist. Die substanziellen Formen der elementaren Körper sind nach den primären Qualitäten zu bestimmen, ohne welche die greifbaren Körper der sublunarischen Region nicht gedacht werden können [1]), und auf welche alle anderen greifbaren Qualitäten zu reduciren sind. Die primären Qualitäten sind wieder doppelter Art: active und passive, und aus der Combination je einer activen mit je einer passiven Qualität ergibt sich der qualitative Charakter der vier irdischen Elementarkörper, welche das Substrat aller weiteren Zusammensetzungen und Mischungen abgeben. Die zwei primären activen Qualitäten sind: das Warme und das Kalte, die zwei primären passiven Qualitäten das Feuchte und das Trockene [2]). Die

---

contradictionem includens. Et de hujusmodi est, materiam esse in actu sine forma. Omne enim quod est actu, vel est ipse actus, vel est potentia participans actum. Esse autem actu repugnat actioni materiae, quae secundum propriam rationem est ens in potentia. Relinquitur ergo, quod non possit esse in actu nisi in quantum participat actum, actus autem participatus a materia nihil est aliud quam forma; unde idem est dictu materiam esse in actu et materiam habere formam. Dicere ergo, quod materia sit in actu sine forma, est dicere contradictoria esse simul; unde a Deo fieri non potest. Quodlibet. III, art. 1.

[1]) Non sentimus secundum tactum nisi id quod excellit secundum qualitates complexionatas medio tactus, quod est caro; et illae sunt calidum, frigidum, humidum et siccum, quarum nulla est in coelo. Et ideo coelum secundum naturam non est sensibile tactu, sed solum elementa, in quibus sunt quatuor qualitates, ex quibus fit complexio et tactus. De generatione et corruptione II, lect. 2.

[2]) Calidum est quod congregat homogenea sibi, quia subtile, quod calido est conveniens, attrahit; licet enim calidum segreget, sicut dicunt

vier möglichen Combinationen dieser entgegengesetzten Qualitäten sind: Trockene Wärme = Feuer; feuchte Wärme = Luft; feuchte Kälte = Wasser; trockene Kälte = Erde. Alle anderen tangiblen Eigenschaften der Körper sind aus den ersten vier Qualitäten abzuleiten: der Gegensatz von Schwerem und Leichtem reducirt sich auf den Gegensatz von kalt und warm; die Gegensätze des Harten und Weichen, Dürren und Klebrigen, Rauhen und Glatten, Groben und Feinen hängen mit dem Gegensatze von trocken und feucht zusammen. Die prävalirende Eigenschaft der Erde ist die Trockenheit, die Kälte die des Wassers, in der Luft prävalirt die Feuchtigkeit, im Feuer die Wärme [1]). Die Elemente können eines in das andere verwandelt

---

quidam ignem facere, tamen illud segregare est congregare, quia congregando homogenea segregat heterogenea per accidens. Quod autem frigidum sit activum, patet etiam per hoc, quia congregant omnia, tam quae sunt ejusdem naturae, quam illa quae sunt diversae. Aliquando enim aqua, terra, palea et hujusmodi per coagulationem factam a frigido congregatur. Humidum et siccum esse passiva, ostenditur per definitiones eorum; definiuntur enim per passiones eorum. Humidum enim est indeterminatum proprio termino bene terminabile termino alieno; siccum autem terminatur termino proprio, difficulter autem terminabile termino alieno. Ibidem.

[1]) Non est autem intelligendum, quod terra, licet sit magis sicca quam frigida, propter hoc sit siccior igne. Ratio enim in contrarium suadet. Duae enim sunt causae siccitatis. Una est frigus condensans et comprimens humidum, et per consequens removetur siccitas, quae non est aliud quam humiditatis privatio. Alia causa est caliditas humiditatem consumens. Manifestum est autem, quod motus causat calorem in eo quod potest calefieri; necesse est ergo in materia illa maxime profundet, quae semper est juxta velocissimum motum; haec autem est materia ignis, unde ignis est calidissimum omnium calidorum, ut dicitur II. Metaph. Potentior autem est ignis caliditas ad consumendum humidum quam terrae frigiditas; et idcirco ignis siccior est quam terra. Ulterius autem, cum virtus moventis sit minor in remoto quam in propinquo, minus calefacit motus coeli materiam aëris, imo minime; remanebit ergo humida magis quam calida. Non tamen magis quam aqua, quia in aqua est frigiditas faciens ad se fluere humidum; caliditas autem aëris non facit ad se fluere humidum; et ideo aqua est magis humida quam aër. Sensu enim sensibilia judicamus; manifestum est autem omnibus habentibus sensum tactus quod aqua humidior quam aër. Est tamen et minus frigida quam terra; quod sic patet: Frigiditas

werden; die Verwandlung geht leichter vor sich, wenn die eine der beiden Qualitäten des zu verwandelnden Elementes bleibt — schwerer, wenn beide Qualitäten desselben in ihre entgegengesetzten Qualitäten verwandelt werden müssen. In ersterer Weise kann aus dem Feuer Luft, aus der Luft Wasser, aus dem Wasser Erde und aus der Erde wieder Feuer erzeugt werden. In dieser Ordnung hat man sich die ursprüngliche Erzeugung der Elemente auseinander zu denken, abwärts steigend vom obersten bis zum untersten, welches seinerseits wieder eine bestimmte Qualität mit dem höchsten gemein hat und darum leicht in dasselbe verwandelt werden kann. Aber nicht bloß aus der Erde, sondern auch aus dem ihm entgegengesetzten Elemente der Luft, welche mit der Erde keine Qualität gemein hat, kann Feuer[1]) so wie auch Wasser erzeugt werden; gleicher Weise verhält es sich mit der Erzeugung von Luft und Erde aus Wasser und Feuer. Soll aber aus dem Feuer Wasser, aus der Luft Erde erzeugt werden oder umgekehrt: so müssen beide Qualitäten des zu verwandelnden Elementes zerstört werden, daher diese Art der Wandlung schwieriger und langsamer vor sich geht. Das beharrende Substrat aller dieser Verwandlungen und Erzeugungen des Einen aus dem Anderen ist die irdische materia prima, die unmittelbar eben so die materia communis der Elementarkörper ist,

---

enim causatur ex distantia ab orbe, sicut caliditas ex propinquitate; cum ergo inter cetera elementa terra magis distet a coelo, necessario sequitur quod terra frigidissima sit inter omnia elementa. De gen. et corr. II, l. 3.

[1]) Dubitatur de hoc quod hic dicit philosophus, quod corrupta frigiditate terrae et humiditate aëris fiet ignis; hoc enim non videtur possibile esse, quia nec terrae siccitas, nec caliditas aëris videntur ad generationem ignis posse sufficere. Ignis enim multo calidior est quam aër et siccior quam terra. Ad hoc autem dicunt quidam, quod non intendit philosophus, quod ex illis duobus purus generetur ignis, sed aliquid quod maxime participet naturam ejus, sicut exemplificat de flamma. Sed hoc stare non potest, quia philosophus loquitur de generatione elementorum; et praeterea etiam caliditas flammae multo intensior est quam caliditas aëris. Et ideo dicendum, quod generatur purus ignis. Et licet illa caliditas non sufficiat, juvatur tamen et intenditur per virtutem corporis coelestis et luce solis et per virtutem aliarum stellarum. De gen. et corr. II, l. 4.

wie die specifische Materie der zusammengesetzten Körper die materia communis der besonderen Individuationen der bestimmten species oder genera zusammengesetzter Körper abgibt. Die Elemente unterscheiden sich von einander in Rücksicht auf Ort, Gewicht und Größe. Das schwerste Element ist die Erde, welche den Mittelpunct der sichtbaren Schöpfung constituirt und auf den engsten Raum beschränkt ist[1]). Wasser, Luft und Feuer bilden concentrische Hüllen[2]) der Erde[3]) in stufenweiser Abnahme der Schwere und stufenweiser Zunahme des Umfanges[4]).

---

[1]) Nach Aristoteles — bemerkt Thomas — hätte die Erde einen Umfang von 400,000 Stadien oder 50,000 Meilen: Secundum autem diligentiorem considerationem modernorum astrologorum est rotunditas terrae multo minor i. e. 20,040 miliaria, ut Alfraganus dicit, vel 180,000 stadiorum, ut Simplicius dicit, quod quasi in idem redit. Nam 20,000 est octava pars 160,000. Hoc autem astrologi comprehendere potuerunt considerantes, quantum spatium in terra facit diversitatem unius gradus in coelo, et invenerunt, quod 50 stadia secundum Simplicium, vel 56⅔ miliaria secundum Alfraganum. Unde si multiplices hunc numerum per 360, qui est numerus graduum coeli, comprehendes rotunditatem terrae esse praedictae quantitatis, et sic ex his possumus argumentari quantitatem non solum esse sphaericam, sed etiam non magnam in comparatione ad magnitudines aliorum astrorum. Nam solem probant astrologi esse centies septuagies majorem terra, cum tamen propter distantiam videatur nobis pedalis. De coelo et mundo II, lect. 28.

[2]) Quanto aliquod elementum est subtilius, tanto est majus in quantitate. Et ideo aër est major quam aqua, et aqua quam terra; et ideo aër complectitur ista duo, undique complexus sphaericam figuram, a quo deficit aqua, quae quidem terram cingit, non totam operiens ipsam, complexa quidem circulum, sed deficiens a complexione sphaerae. Et hoc etiam sequitur necessitatem finis, ut in terra possit esse habitatio animalium respirantium et generatio plantarum. Terra vero quasi minima in centro concluditur. 2, dist. 14, qu. 1, art. 5.

[3]) Necesse est terram habere sphaericam figuram hac ratione, quia quaelibet partium ejus habet gravitatem ad medium. Est etiam hic considerandum circa motum partium terrae, quia major pars depellit minorem, quousque ipsa major pars perveniat ad medium; cujus ratio est, quia major pars terrae habet majorem gravitatem et per consequens majorem virtutem ut moveatur ad medium. Semper enim minor virtus vincitur a majori. Et ideo non est possibile, quod partibus terrae mo-

Aus den Elementen werden die zusammengesetzten Körper gebildet, deren specifische Qualität aus einer bestimmten Art der Ausgleichung entgegengesetzter Qualitäten der Elementarkörper resultirt [1]).

---

tis versus medium aliqua pars terrae intumescat vel fluctuet, ita scil. quod elevetur in situ una pars terrae super aliam — — et sic oportet quod partibus terrae quasi undique aequaliter compressis versus medium terra habeat sphaericam figuram. De coelo et mundo II, l. 27. — Ein anderer Grund hiefür (l. 28) ist, daß alle zur Erde fallenden Körper überall unter einem rechten Winkel auf die Erdoberfläche niederfallen. Ferner der runde Schatten des verfinsterten Mondes, das successive Sichtbarwerden von früher nicht gesehenen Sternen, wenn man, den Aufenthaltsort verändernd, gegen was immer für eine Himmelsgegend die Richtung nimmt.

[4]) Die Feuersphäre ist eigentlich keine besondere von der Luftsphäre verschiedene Sphäre, sondern nur die höhere Schichte der letzteren: Quartum elementum super aërem ordinatum non proprie vocatur ignis. Ignis enim significat excessum calidi, et est quasi quidam fervor et accensio quaedam, sicut glacies non est elementum sed quidam excessus frigoris ad aquam congelatam. Id autem ad quod sic se habet ignis sicut gelacies ad aquam, non est nominatum, et ideo nominamus ipsum nomine ignis, sicut si aqua non haberet nomen et nominaremus elementum aquae glaciem. Sed oportet intelligere, quod de toto isto corpore, quod a nobis dicitur aër, una pars, quae est propinqua terrae, est quasi calida et humida propter id quod habet de vapore et exhalatione terrae — — Sed illa pars quae est superior, est calida et sicca, et hanc partem vocamus elementum ignis. Et sic aër nomen commune est duobus elementis. Meteor. I, lect. 4.

[1]) Considerandum est, quod qualitates activae et passivae elementorum sunt ad invicem contrariae et suscipiunt magis et minus. Ex contrariis autem qualitatibus suscipientibus magis et minus constitui potest media qualitas, quae utriusque sapiat extremi naturam, sicut pallidum inter album et nigrum, et tepidum inter calidum et frigidum. Sic igitur remissis excellentiis qualitatum elementarium constituitur ex eis quaedam media qualitas, quae est propria qualitas corporis misti, differens tamen in diversis secundum diversam mistionis proportionem. Et ita haec quidem qualitas est propria dispositio ad formam corporis misti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis. Sicut igitur extrema inveniuntur in medio, quod participat utriusque naturam, sic qualitates simplicium corporum inveniuntur in propria qualitate corporis misti. Qualitas autem corporis simplicis est quidam aliud a forma substantiali ipsius, agit tamen in virtute formae substantialis;

Die zusammengesetzten Körper werden eingetheilt in vollkommene und unvollkommene; vollkommen sind diejenigen Körper, welche in ihrer Zusammensetzung alle vier Elemente in sich fassen [1]. Die beseelten Körper, und überhaupt alle Körper auf der Erde, können nicht anders, denn als vollkommene Körper gedacht werden [2].

Als vorwiegend passive Elemente liefern Wasser und Erde das stoffliche Substrat aller Körper und Bildungen im Bereiche der

alioquin calor calefaceret tantum, non autem per ejus virtutem forma substantialis educeretur in actum, cum nihil agat extra suam speciem. Sic igitur virtutes formarum substantialium simplicium corporum salvantur in corporibus mixtis. Sunt igitur formae elementorum in mixtis non actu sed virtute; et hoc est quod philosophus dicit in I. de generatione. Opusc. 33, de mistione elementorum.

[1]) Omne quod est, aut est ex omnibus elementis, aut ex aliquibus. De anima I, lect. 12.

[2]) Omnia corpora mista, quaecunque sunt circa medium, quod est terra, necessario sunt composita ex omnibus simplicibus corporibus, quae sunt quatuor elementa. Das Erdelement muß nämlich die stoffliche Grundlage des Gebildes abgeben, das Wasser bewirkt den Zusammenhang der einzelnen Theile; Luft und Feuer sind nothwendig, um den Verbindungsproceß der beiden anderen Elemente einzuleiten. Denn: Terra et aqua alterantur in misto; cum autem unumquodque miscibilium alteretur a suo contrario, oportet aërem et ignem esse in composito; nam aër contrariatur terrae et ignis aquae. Dico autem elementum esse contrarium elemento, prout ratione qualitatum contingit substantiam esse contrariam substantiae. Quoniam igitur generationes sunt ex contrariis et in mistis sunt extrema contrariorum, scil. frigidum siccum quod est terra, et frigidum humidum quod est aqua, necesse est reliqua inesse, scil. calidum cum sicco et calidum cum humido, quae sunt ignis et aër. Dieß gilt denn auch von den beseelten Wesen, weil diese aus allen Elementen zugleich Nahrung ziehen, was nur unter der Voraussetzung möglich ist, daß das ernährte Wesen die Natur des nährenden Stoffes an sich habe. Minus videtur, quod plantae quae sunt magis terrestres, nutriuntur ex pluribus, quam alia nutrita. Sed istae, licet videantur solum nutriri ex aqua, nutriuntur tamen ex omnibus; ergo multo magis alia. Quod autem plantae nutriantur ex omnibus, ex hoc videtur. Manifestum est enim quod nutriuntur ex terra et aqua et ex agricultura. Rustici enim colentes plantas miscent terram cum aqua ad nutrimentum plantarum. Si autem inest terra et aqua, necesse est esse alia duo extrema scil. aërem et ignem, eadem ratione qua supra. De gen. et corrupt. II, l. 8.

irdischen Weltsphäre. Das materielle Substrat (causa materialis) der leblosen Körper, jener zunächst, welche sich im Luftraume bilden, sind die aufsteigenden Wasserdämpfe und Erdausdünstungen [1]). Einige der dadurch erzeugten Phänomene haben keine von den Elementarstoffen: Wasser und Erde, verschiedene substanzielle Form, und können daher auch nicht im eigentlichen Sinne als zusammengesetzte und von den Elementen verschiedene Körper genommen werden. Hieher gehören die Erscheinungen des Regenbogens [2]), der Höfe, welche Sonne, Mond und hellere Sterne umgeben, der Nebensonnen, des Wasserziehens der Sonne u. s. w. Diese Phänomene sind lediglich aus der besonderen Art und Weise zu erklären, wie die Sonnenstrahlen die von der Erde aufsteigenden Wasserdünste beleuchten und in ihnen sich brechen [3]). Die trockenen Erdausdün-

---

[1]) Sunt duae species exhalationis, una quidem humida quae vocatur vapor, alia autem sicca quae quia non habet commune, a quadam sui parte vocatur fumus. Nam fumus proprie dicitur exhalatio sicca lignorum ignitorum. Duae autem hae exhalationes non sic discretae sunt ab invicem, quasi humidum sit sine sicco et siccum sine humido, sed ab eo, quo excedit utraque, denominatur. Meteor. II, l. 7. Der qualitativen Beschaffenheit dieser Dämpfe und Dünste entsprechen bestimmte Arten der Lufterscheinungen: Vapor propter humiditatem est quasi in potentia ad aquam; exhalatio autem propter siccitatem est quasi in potentia ut igniatur. Meteor. I, l. 4.

[2]) Quandoque calor solis omnino supervincit vapores et exsiccat eos, et tunc pluviae sequi non possunt. — — Quandoque vero e converso virtus solis ad hoc valet quod vapores multiplicat, sed tamen non potest eos desiccare; et tunc superabundant pluviae et est ratio diluvii aquarum. Quandoque vero medio modo se habet, ut scilicet virtus solis non solum operetur ad elevationem vaporum, sed etiam habeat victoriam super eos, ut non tantum multiplicentur, quod diluvium inducere possint, nec etiam vapores omnino desiccantur ut pluvia non sequatur. Et ex hac media dispositione seu comparatione solis ad vapores causatur Iris, quae non apparet vaporibus omnino desiccatis, nec etiam eis omnino in aëre superabundantibus. Et ideo Iris est signum diluvii non futuri, in quantum procedit ex tali causa quae repugnat diluvio. Quodlibet. III, art. 30.

[3]) Über das Farbenspiel des Regenbogens sagt Thomas: Nubes, quanto fuerit propinquior soli, tanto minus est colorata colore Iridis, sed apparet alba; sed visa in aqua per refractionem apparet nigrior propter distantiam, et ideo tunc videtur habere aliquem colorem Iridis. — — Ubi

stungen liefern den Stoff der feurigen Lufterscheinungen; zu diesen gehören die Kometen [1]), die Milchstraße [2]), die mit Feuererschei-

est fortior et intensior actio fulgidi in nubem, propter minorem distantiam, ibi permutatur color clarus solis iu puniceum, qui est proprinquior albo. Fulgidum enim visum in nigro videtur puniceum. Et talis refractio fit in prima periferia iridis. Sed refractio facta a secunda periferia adhuc est debilior propter majorem distantiam; ideo in ea apparet color viridis qui est propinquior nigro quam puniceus. Et in tertio circumferentia apparet alurgus quia etiam propinquior est nigro quam viridis. Numerus colorum iridis statum habet in tribus et non procedit ultra sicut in pluribus aliis naturalibus terminus est in tribus, ut patet in I. coel. Permutatio autem, si qua alia fit in aliis partibus nubis, est insensibilis et non facit apparere alium colorem praeter istos. Ratio autem quare tantum tres sunt colores in Iride, est quia tot sunt ibi colores, quot sunt loca in nube, a quibus fit diversa refractio. Sed illa sunt tantum tria, scil. supremus, medius et infimus, a quibus refrangitur lumen. Meteor. III, l. 6. Eben daselbst findet sich ein umständlicher, mehrere Folioseiten füllender Excurs über die Natur dieses Phänomens, auf welchen hiemit verwiesen wird, vermöge des Interesses, welches er als Zeugniß für den damaligen Stand der Physik hat.

[1]) Die Kometen sind wieder von zweierlei Art. Einige sind lediglich nur flammende Dünste, welche in der Luft schweben: Quando talis exhalatio fuerit condensata et propter motum superioris corporis inciderit in ipsam exhalationem aliquod principium igneum, ita scil. quod ex aliqua parte incipiat exuri sic, quod ignis non sit tam multus ut cito exuret materiam, neque etiam sit ita debilis ut cito exstinguatur, sed sit talis, quod plus et diu possit permanere cum quantitate ignis et dispositione materiae inspissatae..... tunc fit stella cometa. Meteor. I, l. 11. Bei anderen Kometen bilden die Erddünste nur den Schweif des Meteors, als dessen eigentlicher Kern ein in den Dünsten durchscheinender siderischer Körper genommen werden muß: Quando sub aliqua stellarum errantium vel non errantium exhalatio adunatur per motum illius stellae, tunc aliqua stellarum dictarum fit cometa; non quod stella, quae apparet, sit aliquod igneum in aëre, sed est vera stella errans vel non errans; non tamen ejus coma est in loco coelesti ubi sunt astra, sed sub coelo in aëre. Et ponit exemplum de halo i. e. de aëre, qui videtur aliquando circumstare solem et lunam etiam sole et luna motis. Haec enim passio fit in aëre condensato sub motu solis et lunae. Sicut igitur halo se habet ad solem et lunam, ita coma se habet ad stellas fixas vel erraticas, quando apparent cum comis. Ibidem.

[2]) Dieses Phänomen bildet sich statt der Kometen aus jenen trockenen Erddünsten, welche unter dem Zodiacus aufsteigen und von dessen bewegenden Einflüssen

nungen verbundenen Gewitter[1]), die Sternschnuppen, Irrlichter, Feuer-

afficirt werden: Circulus animalium, qui dicitur Zodiacus, dissolvit adunationem praedictae exhalationis propter hoc, quod per Zodiacum moventur sol et alii planetae; et haec est etiam causa, propter quam ut plurimum cometae non apparent in Zodiaco, sed extra tropicos. Et haec est etiam causa propter quam circa solem et lunam non fit coma; quia videlicet per motum solis et lunae citius disgregatur exhalatio, quam diximus esse causam apparitionis cometae et lactei circuli, quam ut possit adunari ad causandum apparitiones praedictas. Sed iste circulus, in quo apparet nobis videntibus lactea claritas, est unus maximorum circulorum, quia dividit sphaeram per medium, et est sic dispositus secundum situm, ut ex utraque parte multum excedat utrumque tropicum, scilicet hyemalem et aestivum, licet intersecetur a Zodiaco. Et etiam locus istius circuli est plenus magnis stellis fulgidis, et quae propter frequentiam et spissitudinem vocantur sporatica i. e. seminatae in coelo, quod etiam manifeste oculis videri potest. Ita quod propter hujusmodi causam semper in tali coeli parte adunetur exhalatio, quia videlicet in hac parte coeli est efficax virtus stellarum ad attrahendam exhalationem, et non est causa vehemens, quae impediat ejus adunationem, sicut accidit sub Zodiaco circulo. Ista igitur exhalatio adunata sub tali parte coeli facit videri ibi lacteam claritatem, sicut et exhalatio consequens aliquam stellam facit ibi videri comam. Ibidem. Die Verwandtschaft der Milchstraße mit den Kometen wird in folgender Weise erklärt: Quod in cometis est coma circa unam stellam, eandem passionem accidit fieri circa quemdam circulum. Ita quod lactea via, quasi diffiniendo, nihil aliud sit, quam coma ejusdem maximi circuli in coelo apparens propter segregationem i. e. elevationem a terra exhalationis ad illam partem adunatae. Et ideo, sicut prius dictum est, non fiunt multi cometae nec frequenter; quia talis adunatio, quae elevata est a terra secundum unamquamque circulationem et adunatur maxime in loco lactei circuli; ita quod a lacteo circulo exhalatio superabundans non relinquitur, quae possit esse materia apta ad cometae apparitionem. Ibidem.

[1]) Si sit comprehensus vapor siccus in vapore humido, tunc quando vapor humidus sursum ascendit et incipit inspissari propter frigus, vapor siccus in vapore illo humido inclusus facit agitationem magnam et inflammatur. Talis enim vapor cito inflammatur, ut est videre in vapore, qui egreditur de ventre hominis; et haec inflammatio est causa fulgoris et coruscationis. Agitatus autem vapor siccus in interioribus nubibus multiplicem sonum facit. Si etiam sic inflammatus percutiat latera nubis et non scindat, tunc micat non clare, sicut si aliquis aliquem splendorem videret per pannum. Est enim nubes aliquantulum

kugeln [1]) u. s. w. Dieselbe trockene Erdexhalation ist unter anderen

pervia; unde aliqualiter videtur. Sonat autem sicut sonus flammae in medio incendio. Aliquando etiam sine inflammatione, et per consequens sine coruscatione, fit sonus quasi tumultuans; et hoc fit cum percutit non inflammatus in lateribus nubis. Si autem percutiat latera et scindat, tamen cum difficultate quadam, et hoc in parte grossiori nubis, tunc est terribilis sonus, quasi quis pannum immensae latitudinis scinderet, et tunc visus fulguris vel coruscationis est curvus, quia non recte egreditur de nube, ut dictum est. Aliquando scindit nubem virtute magna et quasi subito, et totus vapor simul egreditur; et tunc sonat sicut vesica inflammata vel si uter inflatus frangeretur super caput alicujus, et percutit aërem percussione fortissima. Aliquando vapor ille siccus ex inflatione crescit, et quaerens majorem locum facit dissolvere nubem subito et sonare ad modum viridium lignorum trepidantium in igne, vel ovorum maxime; et hoc maxime apparet in castaneis, quibus in igne positis cum humidum incipit resolvi et majorem locum quaerere, frangit testam resistentem et cum impetu et sono magno exit. Aliquando etiam non valens exire exstinquitur, et sonat ad modum ferri candentis in aqua exstincti; quem sonum vocat philosophus sisinum vel stridorem. Aliquando etiam ille vapor facit diversa foramina in locis nubis minus spissis, et tunc facit quasi sonum sibili, sicut ventus, quando exit per foramina. Aliquando, antequam incendatur, erumpit de nube, et tunc sonat sicut folles fabriles cum sufflant. Comm. in psalm. 17.

[1]) Secundum philosophum a terra humida resolvitur virtute caloris solis vapor calidus et humidus, a terra autem sicca vapor siccus et calidus; sed naturaliter plus ascendit secundus quam primus. Hic enim assimilatur igni, ille aëri, et hunc vaporem psalmus vocat fumum scil. calidum et siccum. Philosophus vero vocat eum materiam incendii. Sursum enim latus hic vapor cum modico augmento coloris factus per modum circulationis accenditur. Qui quidem fumus siccus, si habeat longitudinem et latitudinem, postquam accensus est, vocatur flamma (est enim flamma secundum philosophum spiritus sicci ardoris); si longitudinem tantum, vocatur dali sive titiones et aegibes, sive caprae et sidera. Dali quidem, quando est materia illa incendii longa, continua sine scintillatione. Caprae vocatur, quando est cum scintillatione i. e. quando videtur salire et discurrere sicut caprae. Sidera, quando est materia discontinua et videtur volare sicut sidera; et hoc habet minimum de materia. Est et aliud genus siderum, quod est frigus expellens calidum; et talia sidera non videntur volare, sed magis projici, ut dicit philosophus. Et generantur non ex fumo omnino sicco, sed vapore magis humido et calido, qui secundum naturam suam non tam

Umständen auch die causa materialis der Winde und Erderschütterungen [1]). Winde entstehen, wenn die durch die Kälte verdichteten und deßhalb durch ihre Schwere an weiterem Aufsteigen verhinderten Erddünste von den Bewegungen des Himmels und namentlich der Sonne afficirt und mitgerissen werden [2]). Die Erdbeben entstehen durch die in der Erde verschlossenen Dünste, welche, durch

---

ascendit sicut siccus, sicut dictum est. Et quia est siccum, patitur a frigido et repercutitur et inferius projicitur. Et fit hoc in die et in sereno; alias exstingueretur a densitate et humiditate aëris. Et quia videtur in die, signum est, quod est prope terram. Ascendit autem dupliciter, et per continuationem sicut superior flamma accendit inferiorem lucernam, sive per motum a frigore et constrictione sive conglobatione calidi. Ibidem.

[1]) Ventus, terraemotus, tonitruum et coruscatio sunt idem secundum substantiam, quia omnia sunt exhalatio sicca, quae quidem lateraliter mota et fluens circa terram est ventus; sed propulsa infra terram et ibi angustiam passa est terrae motus; in nubibus autem subtiliata et propulsa a frigido, quando nubes congregantur in aquam, facit tonitruum, coruscationem et cetera quae sunt ejusdem generis. Meteor. II, l. 16.

[2]) Superior aër et ventus moventur circulariter secundum motum coeli, et licet in superiori aëre non flant venti sed in inferiore, qui est infra altitudinem montium supremorum, tamen iste etiam aër aliquid participat de motu superioris, licet ista circulatio non compleatur. Et ex hoc contingit, quod exhalationes commoventes aërem non movent ipsum in sursum vel in deorsum, quod videtur exigere subtilitas exhalationis calefactae aut frigiditatis jam condensatae; sed commovent aërem in obliquum, quasi aëre retinente aliquid de utroque motu. — Quod principium motus ventorum sit sursum, manifestat ipse aër, in quo apparet motus venti antequam ventus flaverit in terra. Nam si apparuerit aliqua nubes aut caligo, videtur moveri a vento jam existente in aëre, antequam veniat circa terram, tanquam vento habente principium motus sursum. Sed quia ventus generatur ex multitudine exhalationis siccae resolutae a terra, manifestum est, quod, licet principium motus sit desuper, tamen principium materiale generationis est de subtus. Et hoc ideo, quia ab illo loco incipit motus venti, in quem tendit exhalatio sicca elevata, sicut ab illo loco incipit descendere pluvia, quo ascendit vapor. Et hoc apparet ex hoc quod motus venti magis dominatur in locis altis remotis a terra. Et etiam cum exhalatio in rectum sursum feratur, ibi incipit motus; et in loco, ubi appropinquat illi principio, magis potest ventus; sed tamen manifestum est, quod principium generationis venti est e terra. Meteor. II, l. 8.

die siderische Einwirkung erwärmt und entflammt, einen Ausweg nach Oben suchen, um ihren natürlichen Ort als leichter Körper zu erreichen [1]; je nach Umständen erfolgen aus diesem Streben Erdstöße oder leisere Erzitterungen des Bodens [2]. Dieselbe Ursache,

---

[1] Aliquando infra terram elevatur grossior vapor siccus, qui propter suam grossitiem et terrae soliditatem et profunditatem non exspirat extra, sed clauditur in terra, et congregatur in aliqua concavitate terrae simili sibi, et coarctatur ab aliquo corpore non sibi simili in specie, et sic agitatur in terrae visceribus, et sic commovet eam. Nec mirum, cum videamus ventum in mari facere undas quasi montes, et in terra elevare arbores et aedificia corruere, et in aëre tempestates maximas facere. Quod autem ventus sit causa terrae motus, signum est, quod ante terrae motus consuevit fieri tranquillitas a ventis; sed post terrae motum sunt venti. Materia autem terrae motus subtiliata per calorem solis exspirat a terra; et sic cessat terrae motus et fit ventus. Causa terrae motus est impulsio unius venti ab alio; et propterea non potest esse in tota terra simul, sed durant per ducenta miliaria ad plus, ut dicit Seneca. Et dicit, quod terrae motus divisit Siciliam a Calabria, et Hispaniam ab Africa. Et durat aliquando per quadraginta dies, aliquando per unum annum. Item nota, quod terra solida, a qua non potest vapor exire extra, apta est ut cito moveatur; ea enim, quae est de natura lapidea, non leviter movetur et concutitur; oportet tamen ab aliqua parte porosam esse unde ingrediatur vapor ut per poros intrat et per soliditatem contineatur. Et si dicas, si ingrediatur non potest egredi, dicendum, quod non potest semper hoc facere; quia aliquando semper continuatur ingressus et elevatio vaporis ad locum illum. Et iterum quia calidum non vadit inferius, ad hoc cooperatur unda maris claudens poros, et prae frigore recludens inferius. Unde loca cavernosa circa mare faciunt frequenter terrae motum. Item nota quod iste vapor continue egreditur de terra quantum ad aliquid, et propterea tempore terrae motuum animalia, quae portant caput juxta terram, saepe ex hoc inficiuntur per vaporem illum venenosum egredientem de terra. Comm. in psalm. 17.

[2] Sicut spiritus interceptus in corporibus nostris dupliciter movet corpus, scil. per pulsum et tremorem, sic etiam existimandum est spiritum i. e. exhalationem similiter facere in terra. Spiritus enim vitalis in corpore nostro est causa pulsuum, in quantum per ebullitionem vel respirationem propellitur ad exterius; et etiam est causa tremoris propter frequentem pulsationem, eo quod frequenter repulsus repellit. Sic etiam similiter ipse spiritus inclusus in terra aliquando propellit terram ad alteram partem; et vehementer repulsus facit terram tremere et

welche die trockenen Erddünste zu Winden macht, verwandelt die wässerigen Ausdünstungen in derselben mittleren Luftregion in Wolken [1]), mit welchen eine Reihe anderer Phänomene verwandt ist: der Regen [2]), der Nebel [3]), der Thau und Reif [4]), Schnee [5]), Hagel [6])

---

causat terraemotum. Sicut etiam in nobis post urinationem accidit frequenter tremor quidam propter hoc, quod aër frigidus ingrediens interiora per vias urinae propellit spiritum intus et propellitur ab eo; et sic propellentes se invicem frequenter percutiunt membra et faciunt ea tremere. Eodem modo oportet intelligere de exhalatione, quae propulsa ad unam partem terrae repellitur ad aliam; et sic frequenter percutiendo partes terrae facit eam tremere et causat terraemotum. Aliquando autem spiritus movetur non ad latus, sed sursum motu recto quasi ebulliendo, et causat terrae motum qui aliquando evertit domos et turres ingentes et civitates, transportando terram, in qua sunt, a loco suo. Meteor. II, l. 14.

1) Über die Farben der Wolken bemerkt Thomas im Commentar zum Evangelium Matthäi aus Anlaß der Stelle Matth. 16, 2. 3: Ratio (hujus dicti) secundum philosophum est ex diffusione radiorum solis super vapores. Quando enim vapores sunt multi, tunc radii non possunt penetrare; et tunc fit color niger in aëre. Quando vero subtiles, penetrant. Sed quando, quod est igneum, dominatur, tunc apparet color rubeus, ut apparet in flamma; quia cum magis elevatus, magis apparet rubedo in ea. Ideo significatur, quod vapores non sunt multi, et significatur serenitas. Sed cum mane aliquando solvitur in rorem vel pluviam, est signum tempestatis.

2) Vapor qui sursum fertur per virtutem caloris, deseritur a caliditate quae sursum eum ferebat. Quod quidem contingit dupliciter: Uno modo per hoc, quod id, quod erat subtilius et calidius in vapore, elevatur ulterius ad superiorem locum exhalationis siccae, et sic residua pars vaporis remanet frigida. Alio modo per hoc, quod calor, qui est in vapore, exstinguitur propter hoc, quod longe elevatur a terra in aëre qui est super terram, ubi deficit calor propter hoc, quod radii reverberati a terra in immensum sparguntur. Sic igitur deficiente calore calefaciente et elevante vaporem aqueum vapor aqueus redit ad naturam suam, coadunante etiam frigiditate loci, et sic infrigidatur, et infrigidatus inspissatur, et inspissatus cadit ad terram. Meteor. I, l. 14.

3) Cum nubes condensatur in aquam, id quod est residuum de nube, quod scil. in aquam condensari non potest, est caligo nebulae. Et ideo nebula magis est signum serenitatis quam pluviae; quia nebula est quasi quaedam nubes sterilis i. e. sine pluvia, quae est naturalis effectus nubis. Contingit autem aliquando nebulam elevari in ipsa ex-

halatione vaporum, antequam condensentur in nubem perfecte; et tunc nebula potest esse signum pluviae. Ibidem.

[4]) Ros et pruina contingunt ex hoc, quod de die, sole existente super terram, aliquid evaporat ex humido aqueo propter solis calorem; quod quidem evaporat et non multum suspenditur; vel elevatur super terram propter hoc, quod ignis i. e. calor elevans hujusmodi vaporem est parvus in comparatione ad humorem aqueum qui elevatur. Et ita cum de nocte infrigidatus fuerit aër, inspissatur ille vapor elevatus de die et cadit in terram et vocatur ros vel pruina. — — Pruina fit, quando vapor prius congelatur, quam condensatur in aquam; et propter hoc fit in hyeme et hyemalibus locis i. e. in frigidis locis. Sed ros fit quando vapor elevatus desiccetur, neque est tantum frigus quod vapor congeletur; et ideo oportet quod sit aut in tempore aut in loco calido; quia ros semper fit in tempore temperato et in locis temperatis, sed pruina fit in tempore et loco magis frigidis. Cum enim vapor sit calidior aqua, quia adhuc est in eo aliquid de calore elevante, major frigiditas requiritur ad congelationem vaporis quam aquae; et sic pruina nunquam fit nisi in magno frigore. Ibidem.

[5]) Nix et pruina proportionaliter sunt idem, et similiter pluvia et ros; sed differunt secundum multum et paucum, quia pluvia fit ex multo vapore infrigidato — — ros autem habet paucum de vapore, quia tempus, in quo colligitur, est paucum. Consistentia enim illius vaporis est ephemeros i. e. unius diei, et locus, in quo congregatur, parvus est, quia congregatur in propinquo terrae. — — Et sicut se habet de rore et pluvia, ita se habet de nive et pruina. Aliquando enim tota nubes congelata fit nix; quando vero aliquis parvus vapor congelatur circa terram, tunc fit pruina. Et ideo utrumque eorum est signum temporis aut regionis frigidae; quia cum in vapore et nube adhuc sit aliquid de caliditate, non congelaretur, nisi esset magnum frigus superinducens caliditatem ipsam; quia in nube multum residuum est de calore, quia facit evaporare humidum aqueum a terra, in vapore autem adhuc magis. Sic ergo, sicut pluvia et nix fiunt superius, ita ros et pruina inferius. Ibidem.

[6]) Ex calido circumstante frigidum et congregante ipsum fiunt magnae guttae pluviarum et violentae. Sed cum frigidum magis congregatur, conclusum ab exteriori calido, non solum subito condensantur nubes in aquam, sed ulterius aqua congelatur ex vehementi virtute frigidi inclusi, et sic fit grando. — — Minus cadunt grandines aestate quam in vere aut in autumno, sed magis quam in hyeme. Ideo autem minus in aestate, quia aestas est siccior, in vere autem adhuc est humidum propter hyemem praecedentem; et in autumno jam incipit humectari. Et sic in aestate non est tanta materia vaporum humidorum ad gene-

und Eis [1]). Auch die Entstehung der Quellen ist zum Theile aus der Verdichtung wässeriger Dünste innerhalb der Berge zu erklären, welche außerdem nach Art der Schwämme Wasser aufsaugen, um damit alle Flüsse der Erde zu speisen [2]), daher es unnöthig [3]) und

---

rationem grandinis, sicut in vere et in autumno, licet sit major calor. In hyeme autem, licet abundet materia, deficit tamen calor, qui sit potens concludere frigidum ad generationem grandinis. Fiunt etiam grandines tempore maturationis fructuum i. e. in fine aestatis, propter eandem causam, quia tunc calor adhuc viget et etiam aër jam incipit humectari. Meteor. I, l. 15.

[1]) Thomas bemerkt in dieser Beziehung zu den Worten Job 38, 28. 29: Quis est pater pluviae? vel quis genuit stillas roris? De cujus utero est glacies? etc. Notandum, quod glaciei causa est frigus, quae est qualitas feminina; pluviarum autem et roris causa est calor resolvens et non permittens congelari vaporem; calor autem est qualitas masculinae. Et ideo signanter circa generationem pluviae et roris usus est nomine patris, circa generationem autem glaciei usus est nomine uteri, qui pertinet ad matrem. Ex frigore autem duplex glacies causatur, una quidem in aëre, quod pertinet ad pluviam de coelo cadentem, unde subdit: Et gelu de coelo quis genuit? quod adhuc attribuit patri, quia non apparet tanta vis frigoris in pruina, sicut in ulteriore glacie; alia vero est glacies quae generatur in inferioribus aquis, in qua major vis frigoris apparet, unde subdit: In similitudinem lapidis aquae durantur, scil. per vehemens frigus in glaciem condensatae; et hoc quandoque in tantum procedit, quod in frigidissimis terris etiam maria congelantur. Et hoc est quod subdit: Et superficies abyssi constringitur, scil. aqua, quae est in ejus superficie per frigus condensata; non autem frigus aëris irrumpere potest usque ad maris profundum. Comm. in librum Job, c. 38, lect. 2.

[2]) Loca montana et alta sunt sicut quaedam spongia spissa propter soliditatem lapidum ad ejiciendam aquam, et sunt suspensa ad hoc quod aqua possit fluere, et sic producunt aquam in multis locis. Et colligunt etiam aquam desuper complutam, sed hoc secundum modicas partes; non tamen ita, quod intra montes sint voragines, in quibus congregatur aqua. — — Montes producunt aquam ut interius generatam propter frigiditatem, quia vaporem resolutum a terra et ascendentem propter caliditatem innatam frigiditas terrae infra terram partim coagulat et sic iterum condensat ipsum in aquam; et ideo maximi fluviorum fluunt ex maximis montibus. Meteor. I, l. 16.

[3]) Nullus motus violentus est perpetuus, ut dicitur in I. coel. Cum igitur ex mari, quod dicitur congregatio aquarum, indeficienter aqua ad re-

aus anderen Gründen auch unzukömmlich [1]) ist, einen eigenen unterirdischen Wasserbehälter anzunehmen, welchem die Gewässer der Erde entflößen.

Die bisher aufgezählten Naturbildungen sind größtentheils Elementarerscheinungen, oder, wenn schon wirklich von den Elementen verschiedene Körper, so doch nur Erzeugnisse, die aus unvollkommener Mischung entsprungen sind. Als Körper von vollkommener Mischung stellen sich die Mineralien dar, aber noch mit einseitiger Prävalenz eines feuchten oder trockenen Materiales. Analog den Lufterscheinungen sind auch die Mineralien in solche zu unterscheiden, welche aus trockenen Ausdünstungen, und in andere, welche aus feuchten Dünsten der Erde gebildet werden [2]). Die erstere Art von Mineralkörpern nennt man Fossilien, worunter die Steine und alle anderen nicht metallischen Körper begriffen sind [3]); die andere

---

liquas terrae partes derivetur, quod ipsa perennitas fontium ostendit, videtur quod non naturaliter aquae in unum locum congregentur; et ita inconvenienter talis congregatio institutione naturae commemoratur. 2 dist. 14, qu. 1, art. 5.

[1]) Einer dieser Gründe lautet: Cum terra naturaliter sit in medio, et naturaliter partes tendant ad medium, non potest dici, quod terra sit tantum concava interius ad suscipiendam aquam, licet non sit inconveniens, quod in multis locis terrae sint aliqua receptacula aquarum. Meteor. I, l. 16.

[2]) In opusc. 30. de occultis operibus naturae findet sich eine trilogische Eintheilung: Steine, Metalle: Mineralien. Die Salzigkeit des Meeres erklärt sich, wenn man mit Aristoteles annimmt: terrestre adustum esse admistum vaporibus ex quibus generatur aqua. Meteor. II, l. 6.

[3]) Exhalatio sicca, secundum quod est ignita a calido, est principium omnium fossibilium, ita quod exhalatio sit materia, ex qua fiunt. Sed calidum igniens, secundum quod commensuratur frigido a virtute coelesti, mediante continuitate, est quodammodo principium activum; itaque principium activum principale est virtus coelestis, quae dicitur virtus mineralis, a qua habent fossibilia quaedam, puta lapides pretiosi, quamdam virtutem coelestem et occultam, per quam occultas operationes vere exercent. Principium autem instrumentale est caliditas, quae humidum desiccat et generat omnia fossibilia. Hujusmodi autem fossibilia sunt genera lapidum non liquabilium, quod dicit ad differentiam quorundam fossibilium quae sunt liquabilia ut vermix, oricella, et sulphur et alia hujusmodi, quae omnia generantur a calido exsiccante, exhalationem, et consumente humidum et aliqualiter colorante. Et

Art besteht aus den Metallen [1]), deren humides Substrat sich an einigen durch ihre leichte Schmelzbarkeit verräth, während die allen gemeinsame Härte und Glühbarkeit auf das in ihnen vorhandene Trockene hinweist [2]). Denn die feuchten Dämpfe sind nur die ma-

horum fossibilium quaedam fiunt sicut pulvis coloratus, sicut illa quae generantur a calido fortiter consumente humidum et aliqualiter adurente ut sunt omnia supradicta. Alia autem sunt quasi lapides aggregati per condensationem ex pluribus partibus; et generantur ex eadem exhalatione a calido exhalante humidum superfluum et fortiter terminante humidum cum sicco. Meteor. III, l. 9.

1) Metalla generantur ex vaporibus humidis resolutis a terra per virtutem solis et aliarum stellarum et in terra retentorum; unde et metalla ductibilia et liquabilia sunt, sicut e contrario lapides et alia hujusmodi, quae non molliuntur neque funduntur, generantur ex sicca exhalatione in terra retenta. Diversificantur autem metallorum species secundum majorem vel minorem puritatem vaporis resoluti, et secundum differentiam caloris digerentis, inter quae aurum videtur purissimum et post hoc argentum, et sub hoc aes, infimum autem ferrum; et secundum majorem vel minorem puritatem metalla ut plurimum habent diversas origines. Quia ergo aurum est purissimum, invenitur ut plurimum generatum in sua puritate inter arenas fluminum propter multitudinem evaporationis et caliditatem arenae. Argentum autem invenitur ut plurimum in quibusdam venis terrae, vel etiam lapidum. Aes autem invenitur ut incorporatum lapidibus, ferrum autem quasi in terra feculenta nondum perfectam digestionem habente, ut sit perventum usque ad generationem lapidis. Comm. in Job, ad c. 28, lect. 1.

2) In generatione roris et pruinae prius segregatur siccitus antequam materia coaguletur et ros descendat, et ex hoc ros et pruina sunt liquida; sed metalla generantur in partibus terrae ex eadem exhalatione antequam separetur siccitas, et ideo sunt dura, et quanto plus est in eis de siccitate, tanto sunt magis dura. Et propter hoc verum est dicere, quod metalla sunt aqua secundum unum modum, quia scil. fiunt ex vapore humido, a dominio qui est in potentia aqua et est materia aquae; et secundum alium modum non sunt aqua, quia siccitas in eis non est segregata. In cujus signum metalla igniuntur, comburuntur et reducuntur in pulverem et terram; et convenit eis solum per siccam exhalationem, quae sola exuritur, quia est materia apta ignitioni propter siccitatem. Et ipsa etiam post exustionem reducuntur in minorem quantitatem propter separationem alicujus grossi et impuri per exhalationem vel evaporationem humidi grossi, quae fit a calido exurente. Unde etiam post exustionem vel liquefactionem metalla sunt duriora, quia tunc humidum metalli est magis separatum. Meteor. III, lect. 9.

teria remota der meisten Metalle, indem fast alle den Schwefel und das Quecksilber als materia proxima haben [1]). Die auszeichnendsten Eigenschaften kommen dem Golde zu, dem gediegensten und durchgebildetsten aller Metalle [2]).

Eine andere Klasse der zusammengesetzten Körper bilden die beseelten Gebilde der Pflanzen und Thiere, welche im Unterschiede von den leblosen organische Körper sind. Organe kommen ihnen aber deßhalb zu, weil sie sich durch sich selbst bewegen sollen, während die leblosen, anorganischen Körper lediglich von Außen bewegt werden. Das innerlich Bewegende der organischen Körper ist die Seele. Diese heißt die vegetative Seele, soweit ihre Thätigkeiten unmittelbar auf Erzeugung und Erhaltung des lebendigen Körpers aus den vier Elementarstoffen gerichtet sind [3]). Die darüber hin-

---

[1]) Considerandum est autem circa principia materialia metallorum, quod sunt in duplici differentia: Quaedam enim sunt materia remota talium metallicorum, sicut est vapor inclusus in locis lapidosis terrae; alia autem sunt materia propinqua eorum, et haec sunt sulphur et argentum vivum, sicut Alchymistae dicunt; ita quod in praedictis locis lapidosis terrae per virtutem mineralem primo generatur sulphur et argentum vivum, deinde ex ipsis generantur diversa metalla secundum diversam commistionem eorum. Unde etiam ipsi Alchymistae per veram artem alchymiae, sed tamen difficilem propter occultas operationes virtutis coelestis, quae mineralis dicitur, quae ex eo quod sunt occultae, difficulter a nobis imitari possunt per praedicta principia vel per principiata ab ipsis faciunt aliquando veram generationem metallorum, aliquando quidem ex sulphure et argento praedictis, sine generatione exhalationis; aliquando autem faciendo exsudare praedictam exhalationem vaporosam ab aliquibus corporibus per applicationem caliditatis proportionatae, quae est agens naturale. Ibidem.

[2]) Aurum solum non fit minus nec minoris ponderis quando exuritur, quia est genitum ex sicco et humido subtilissimis, et non habentibus aliquid impurum admistum, quod per ignitionem segregari possit. Ipsum etiam de difficili solvitur et liquatur, licet reducatur in partes minimas, quia in ipso est optime commistum siccum cum humido; et ideo propter fortem commistionem de difficili separantur. Unde ex his patet, quod aurum non solum secundum opinionem hominum sed secundum naturam rerum est nobilius et purius quam cetera metalla. Quod etiam patet ex virtute, quia habet in operando mirabiles et nobiliores operationes quam alia. Ibidem.

[3]) Operationes, quae competunt viventi secundum esse materiale, sunt

ausgreifenden und nur mittelbar auf diese sinnlichen Zwecke sich beziehenden innerlichen Thätigkeiten gehören der animalischen Seele an, welche sich von der intellectiven Seele des Menschen dadurch unterscheidet, daß sie überall am Sinnlichen haften bleibt, und ausschließlich die Zwecke des sinnlichen Daseins verfolgt. Die Pflanzen haben bloß eine vegetative Seele, die thierische Seele aber trägt die vegetative aufgehoben in sich, daher ihr nebst der ihr eigenthümlichen Wirksamkeit auch die Verrichtungen der vegetativen Seele zukommen. Da die Pflanzenseele weniger Verrichtungen übt als die thierische, so ist auch der Pflanzenkörper weniger ausgegliedert, als der des Thieres [1]; somit stellt sich dieses der Pflanze als höhere

---

operationes quae attribuuntur animae vegetabili; quae tamen, licet ad id ordinentur, ad quod ordinantur actiones in rebus inanimatis, scil. ad consequendum esse et conservandum, tamen in viventibus hoc fit per altiorem et nobiliorem modum. Corpora enim inanimata generantur et conservantur in esse a principio motivo extrinseco, animata vero generantur a principio intrinseco, quod est in semine, conservantur vero a principio nutritivo intrinseco. Hoc enim videtur esse viventium proprium, quod operentur tanquam ex seipsis mota. De anima II, lect. 5.

[1]) Dicitur corpus organicum, quod habet diversitatem organorum. Diversitas autem organorum necessaria est in corpore suscipiente vitam propter diversas operationes animae. Anima enim cum sit forma perfectissima inter formas rerum corporalium, est principium diversarum operationum, et ideo requirit diversitatem organorum in suo perfectibili. Formae vero rerum inanimatarum propter sui imperfectionem sunt principia paucarum operationum, unde non exigunt diversitatem organorum in suis perfectionibus. Inter animas autem anima plantarum imperfectior invenitur, unde in plantis minor est diversitas organorum quam in animalibus. Et ideo ad ostendendum, quod omne corpus suscipiens vitam est organicum, accipit argumentum ex plantis, in quibus est minor diversitas organorum. Et hoc est quod dicit, quod etiam plantarum partes sunt diversa organa. Sed partes plantarum sunt penitus simplices i. e. consimiles; non enim in eis est tanta diversitas sicut in partibus animalium. Pes enim animalis ex diversis partibus compositus est, scil. carne, nervo, osse et hujusmodi. Sed partes organicae plantarum non habent talem diversitatem partium, ex quibus componantur. Et quod partes plantarum sint organicae, manifestat per hoc, quod diversae partes sunt ad diversas operationes. Sicut folium est ad cooperimentum corticis vel fructiferi i. e. illius partis in qua

und vollkommenere Art im Bereiche des Lebendigen gegenüber. Aber auch die Thiere selbst scheiden sich wieder in Beziehung auf ihre Sinneswerkzeuge und Bewegungsfähigkeit in eine niedere und höhere Klasse. Wesentlich ist dem Thiere als solchem nur der Gefühls- oder Tastsinn [1]); und nur die vollkommeneren Thiere sind auch mit den übrigen Sinnen ganz oder theilweise ausgerüstet. Eben so mangelt den auf der niedersten Entwickelungsstufe stehenden Thieren das Vermögen der Ortsveränderung [2]).

---

fructus nascitur; cortex autem vel fructiferum ad cooperimentum fructus; radices autem in plantis sunt proportionabiles ori animalium, quia utraque attrahunt alimentum, scil. radix in plantis et os in animalibus. De anima II, l. 1.

[1]) Omnia animalia habent sensum, quo cognoscunt suum alimentum, scil. sensum tactus, qui est sensus alimenti. Et quia necessarium est omnibus animalibus uti alimento, ideo necessarium est, quod habeant sensum tactus, quo percipiant alimentum sibi conveniens. Quod autem tactus sit sensus alimenti, manifestum est; sicuti enim corpora viventia constant ex calidis et humidis et frigidis et siccis, ita ex his nutriuntur; tactus autem est sensus discretivus horum. Sed aliis sensibilibus non nutriuntur viventia, nisi secundum accidens, inquantum scil. conjunguntur tangibilibus. Sonus enim et odor et color nihil conferunt in alimentum, inquantum hujusmodi, sed solum inquantum contingit colorata et odorata et sonantia esse calida vel frigida, humida vel sicca. Humor autem i. e. sapor, est quoddam de numero tangibilium qualitatum, sicut et gustus est quidam tactus. Sic igitur patet quod omnia animalia habent sensum alimenti, quibuscunque autem inest sensus alimenti, his inest esuries et sitis, quorum utrumque est concupiscentia alimenti. Esuries quidem est concupiscentia calidi et sicci, quod habet rationem cibi, sitis autem frigidi et humidi, quod habet rationem potus. Sapor autem est quoddam horum delectamentum; sapor enim delectabilis indicat convenientem proportionem calidi et frigidi et humidi et sicci in alimento. Unde magis pertinet ad delectationem alimenti quam ad necessitatem. De anima II, l. 5.

[2]) Motivum non potest esse sine sensitivo, sensitivum autem non potest esse sine motivo. Aliqua enim habentium sensum habent etiam motum secundum locum, sed aliqua non habent. Sed intelligendum est de motu progressivo animalium, secundum quod animalia moventur de loco in loco. Hic enim motus non inest omnibus animalibus. Sed quae carent hoc motu, habent aliquem motum localem scil. dilatationis et constrictionis, sicut apparet in ostreis. De anima II, l. 6.

Die das Wesen der irdischen Substanzen betreffenden Vorgänge sind im Allgemeinen die Generation, Corruption und Alteration; zu diesen treten bei den organischen Wesen im Besonderen hinzu: die Nutrition, Augmentation und Diminution. Die Generation ist Übersetzung des Seienden aus der Potenzialität in die Actualität durch Hineinbildung des Stoffes in eine bestimmte Form. Jedes natürliche Erzeugniß ist somit wesentlich eine Zusammensetzung aus Materie und Form [1]); stofflose Dinge können also nicht erzeugt werden, sowenig als die Materie selber. Man unterscheidet eine doppelte Generation, eine schlechthinige und eine beziehungsweise; erstere bezieht sich auf die Substanz, letztere auf die Accidenzen der irdischen Dinge [2]). An dem Erzeugten hat man zu unterscheiden, woraus es geworden und was es geworden. Das Erstere ist die Materie, das Andere die Form. Der Begriff der Materie schließt seinerseits wieder ein doppeltes Moment in sich: die Möglichkeit dessen, was durch Hinzutritt der Form wird, und das Nochnichtsein dessen, was aus ihr werden soll, das Nochnichtbesitzen jenes Habitus, in dessen Form die Materie hineingebildet werden soll (privatio). Es sind somit drei Prinzipien der Generation zu unterscheiden, die Materie mit ihrer Potenzialität, der an der Materie haftende Mangel des Wirklichmachenden, und die in die Wirklichkeit eines bestimmten Seins überführende Form [3]). Die Privation

---

[1]) Omnis generatio est aliquo ad aliquid. Id autem, ex quo est generatio, est materia; id autem ad quod est generatio, est forma. Si ergo materia et forma generarentur, materiae esset materia, et formae esset forma, et sic in infinitum; unde generatio non est nisi compositi proprie loquendo. Opusc. 31, de principiis naturae.

[2]) Quia generatio est motus ad formam, duplici formae respondet duplex generatio. Formae substantiali respondet generatio simpliciter; formae accidentali respondet generatio secundum quid. Quando enim introducitur forma substantialis, dicitur aliquid fieri simpliciter, sicut dicimus: Homo fit, vel: Homo generatur. Quando autem introducitur forma accidentalis, non dicitur aliquid fieri simpliciter, sed fieri hoc, sic quando homo fit albus, non dicitur simpliciter hominem fieri vel generari, sed fieri vel generari album. Ibidem.

[3]) Sunt igitur tria principia naturae, scil. materia et forma et privatio. Quorum scil. forma est id propter quod fit generatio; alia duo sunt ex parte ejus ex quo est generatio; unde materia et privatio sunt idem

ist, weil insubstanziell, etwas Accidentelles, was ohne seinen Träger nicht wäre; gleichwol ist sie ein nothwendiges Accidens der irdischen Materie und eine wesentliche Bedingung der Möglichkeit einer Generation. Es könnte aus keinem schon geformten irdischen Stoffe etwas Anderes erzeugt werden, wenn nicht jede bestimmte besondere Form für die Materie, welcher sie eigen ist, den Mangel jeder anderen involviren würde, für deren Aufnahme sie nebstdem noch geeignet ist [1]); daher die Beschaffenheit der Materie der himmlischen Körper jede Möglichkeit einer Generation des Einen aus dem Anderen — sei es in der Kategorie der Substanzialität oder der Qualität — ausschließt. Zwar die materia prima an sich ist, wie ohne alle Form, so auch ohne Privation zu denken; aber sie existirt nie und nirgends an sich, sondern immer und überall unter dieser oder jener Form, mithin auch immer mit einer bestimmten Privation [2]). Daher setzt jeder Generationsact ein bereits vorhandenes Wirkliches voraus, in welchem das zu Erzeugende potenziell enthalten ist [3]).

---

subjecto, sed differunt ratione. Idem enim est aes et infiguratum ante adventum formae, sed ex alia ratione dicitur aes et ex alia infiguratum; unde privatio dicitur principium, non per se, sed per accidens, quia scil. coincidit cum materia, sicut dicimus, quod est per accidens quod medicus aedificat; non enim ex eo quod medicus, sed ex eo quod domificator est; quod coincidit in medico in eodem subjecto. Ibidem.

[1]) Duplex est accidens scil. necessarium quod non separatur a re sicut risibile homini; et non necessarium quod separatur, sicut album ab homine; unde licet privatio sit principium per accidens, non tamen sequitur quod non sit necessarium ad generationem, quia materia privatione nunquam denudatur. In quantum enim est sub una forma, habet privationem alterius, et e contrario, sicut in igne est privatio aëris et in aëre est privatio ignis. Ibidem.

[2]) Sciendum etiam quod, licet materia prima non habeat in sua ratione aliquam formam vel privationem, sicut in ratione aëris non est figuratum vel infiguratum, materia tamen nunquam denudatur a forma et privatione. Quandoque enim est sub una forma, quandoque sub alia; per se autem nunquam potest esse, quia, quum in ratione sua non habeat aliquam formam, non potest esse in actu, quum esse in actu non sit nisi a forma, sed est solum in potentia; et ideo, quidquid est in actu, non potest dici materia prima. Ibidem.

[3]) Necesse est esse generationis transmutationem et corruptionis indeficientem vel inquietam i. e. non cessantem; quia corruptio hujus est

Dieses potenzielle Sein des zu Erzeugenden ist in den anorganischen Körpern die Materie derselben, in den beseelten Wesen die Materie des Samens, welcher aus dem Überschusse der vom Körper assimilirten Alimente erzeugt wird [1]). Damit nun die Materie in die neue Form hineingebildet werden könne, muß sie von der ihr factisch eignenden alten Form befreit werden; demzufolge fordert die Erzeugung einer neuen Substanz die Zerstörung der früheren, in welcher sie potenziell enthalten ist, also Zerstörung des anorganischen Körpers oder Zerstörung des Samens. Ersteres wird durch äußere Ursachen bewirkt, Letzteres durch die Wechselwirkung der im männlichen und weiblichen Samen enthaltenen entgegengesetzten elementaren Qualitäten [2]). Die Zerstörung wird in beiden Fällen eingeleitet durch eine unnatürliche und gewaltsame Mischung zweier entgegengesetzter Qualitäten, z. B. des Kalten und des Warmen, wodurch der kalte Körper um jene Form, welche die Ursache seiner Kälte ist, gebracht wird, ohne die Form des einwirkenden Körpers anders als gezwungen und vorübergehend annehmen zu können; auf diese Art wird die Materie desselben frei und zur Aufnahme einer neuen dritten, ihr angemessenen Form befähigt [3]). Das Sub-

---

generatio alterius et e converso. Nam generatio per se quidem est ex ente in potentia i. e. ex materia quae est sicut subjectum rerum naturalium; accidit enim materiae ex qua aliquid generatur, quod sit subjecta alteri formae, secundum quam est ens actu, et privationi formae inducendae, secundum quam est non ens actu. Et ideo dicit Aristoteles in I. Phys. ex ente quidem actu per accidens, ex ente autem in potentia per se. Et similiter corrumpetur aliquid per se quidem in ens potentia, quod quidem subjicitur alteri formae, secundum quam est ens actu, et privationi prioris formae, secundum quam non est ens actu. — — Et inde est quod uno corrupto generatur aliud, et uno genito aliud corrumpitur; et sic consideratur quidem circulus in generatione et corruptione, ratione cujus habet aptitudinem ad perpetuitatem. De gen. et corrupt. I, l. 7.

[1]) 1 qu. 119, art. 2.

[2]) Semen maris est principium activum in generatione animalis; sed potest etiam dici semen id quod est ex parte feminae, quod est principium passivum. Et ideo sub semine comprehendi possunt vires activae et passivae. 1 qu. 115, art. 2.

[3]) Advertendum est, quod alia est mixtio ante introductionem formae substantialis et alia post; est enim quaedam mixtio per accidens, et

ject der neuen Erzeugung kann nur die reine Potenzialität der materia prima sein, ohne irgend welche von der zerstörten Existenz übrig gebliebene Accidenzen [1]). Die Corruptibilität der irdischen

---

quaedam mixtio essentialis secundum naturam seu per se. Et mixtio quidem per accidens est, quando in aliquod subjectum affectum naturaliter aliqua qualitate, puta in aqua, quae secundum naturam frigiditate afficitur, superinducitur violenta aliqua qualitas contraria, puta caliditas, quae non est conveniens ipsi subjecto scil. aquae. Tunc enim, antequam sit ibi perfecta caliditas, oportet mixtum esse calidum violentum cum frigido naturali, propter quod talis mixtio dicitur esse per accidens et innaturalis, eo quod est contra naturam formae substantialis in subjecto. Cujus signum est primo, quia illa mixtio non est quiescens, sed in quodam motu; non enim manet ibi calor cum frigore nisi secundum quemdam motum, inquantum scil. caliditas corrumpit paulatim frigiditatem, propter quod in fine tandem non est ibi mixtio sed corruptio totaliter alterius. Secundo, quia statim cessante actione violenti agentis illa mixtio solvitur per corruptionem calidi et redintegrationem frigidi. Tertio, quia talis mixtio nunquam perficitur, cum illae qualitates nunquam sint ambae et essentialiter unione conjunctae, sed semper vel sint ibi actu, mutuo se corrumpendo, vel sit ibi una sola altera jam corrupta, unde merito haec mixtio per accidens appellatur. Et talis quidem mixtio est in subjecto ante introductionem formae, qua mediante materia habilis redditur ad unionem substantialis formae, quam postea consequitur mixtio secundum naturam perfectam. Et hoc quidem est conveniens, ut scil. talis mixtio formam praecedat, quae considerata in relatione ad formam substantialem sit innaturalis et imperfecta, et relata ad sequentem formam et universale agens, quod intendit simul cum agente specifico aliam formam introducere, sit quidem naturalis sed imperfecta, ut sic talis conjunctio per innaturalitatem ad primam formam ipsam abjiciat, et connaturalitatem ad sequentem materiam ad illam introducendam disponat, et per imperfectionem generationem naturalem reddat; cujus scil. naturae est de imperfecto ad perfectum venire. Mixtio autem essentialis et per se et secundum naturam est illa, quae consequitur exigentiam et naturam substantialis formae ipsius rei. Tractatus de formis, qu. 6, art. 1.

[1]) Inter omnia esse est illud, quod immediatius et intimius convenit rebus, ut dicitur in libro de Causis. Unde oportet, quod cum materia habeat esse actu per formam, quod forma dans esse materiae ante omnia intelligatur advenire materiae et immediatius sibi inesse. Est autem proprium formae substantialis, quod det materiae esse simpliciter. Ipsa enim est, per quam res est id ipsum quod est; non autem per formas

Substanzen gründet bei den zusammengesetzten Körpern in der inneren Contrarietät derselben [1]), und bei allen, mögen sie zusammengesetzt oder einfach sein, in der jedem für sich anhaftenden Privation [2]); aus letzterem Grunde [3]) ist ihnen die Vergänglichkeit von Natur aus eigen [4]) und die gesammte irdische Welt in einem beständigen Kreislaufe des Entstehens und Vergehens begriffen [5]). Es kann nichts zu Grunde gehen, ohne daß etwas Anderes erzeugt

---

accidentales habet esse simpliciter, sed secundum quid, puta esse magnum vel coloratum. Quaestio de anima, art. 9.

[1]) Licet in mixto elementorum non maneant secundum actum, tamen, quia ipsum mixtum est quasi medium ex extremis constitutum, oportet ut in ipso remaneat virtus ad producendum similes qualitates quae fuerunt in extremis, scil. calidum, frigidum, humidum et siccum; ita etiam cum medii accidentia ex extremis trahant originem, oportet quod in mixtis inveniantur similes illis qualitates contrariae, passivae scil. et activae, eo quod ipsum mixtum ex elementis passivis habet virtutem producendi qualitates passivas et ex activis activas, licet ipsae in mixto sint essentiali conjunctione unitae, et sic videtur quod per talem unionem unam qualitatem mediam constituant. Manifestum est autem, quod omne tale, in quo sunt hujusmodi qualitates contrariae, oportet esse corruptibile. De formis, qu. 5, art. 2.

[2]) Secunda causa corruptionis est defectus perfectionum. Ex hoc enim quod materia est in potentia ad omnes perfectiones naturae, nullaque forma potest ipsam naturali perfectione perficere, oportet quod semper in materia, dum habet unam formam, remaneant privatio et appetitus ad aliam, ex quo necessario sequitur corruptibilitas, sive sit una forma sive plures, propter quod dicit philosophus I. Physic. quod altera pars contrarietatis machinatur ad maleficium i. e. ad corruptionem. Ibidem.

[3]) Ein anderer Grund lautet: Ideo autem defectus praeter naturam particularem in animalibus accidere possunt, quia tota substantia animalis consistit ex talibus corporibus, quae distant a propriis locis. Componitur enim corpus animalis ex quatuor elementis quorum nullum tenet proprium locum. Et quia ea, quae sunt praeter naturam, non possunt esse sempiterna, necesse est, quod quandoque animalibus accidat corruptio et defectus. De coelo et mundo, II, lect. 9.

[4]) Corruptiones et defectus rerum sunt naturales, non quidem secundum inclinationem formae, quae est principium essendi et perfectionis, sed secundum inclinationem materiae. 1, 2 qu. 85, art. 6.

[5]) Uno corrupto generatur aliud et uno generato aliud corrumpitur; et sic consideratur quidam circulus in generatione et corruptione. De gen. et corrupt. I, lect. 7.

würde, und umgekehrt; demnach coincidiren factisch allenthalben Generation und Corruption, dem Begriffe nach sind aber beide Acte wesentlich von einander verschieden [1]). In der Coincidenz derselben findet ein Verhältniß wechselseitiger Priorität statt; als vorbedingende causa materialis behauptet der Vorgang der Zerstörung, als causa motiva die Induction der neuen Form den Rang der Priorität [2]).

Der Übergang von der vorausgehenden zur nachfolgenden Form wird durch die Alteration vermittelt [3]), welche dasselbe in der Kategorie der Qualität bedeutet, was die Corruption und Generation in der Kategorie der Substanzialität bedeutet. Zunächst und unmittelbar bezieht sich aber die Alteration auf eine bestimmte Art der Qualität, auf die passiones und passibiles qualitates der körper-

---

[1]) Generatio est mutatio de non subjecto in subjectum; corruptio vero est mutatio de subjecto in non subjectum. Et ideo in abjectione unius affirmati et adeptione alterius oportet duas mutationes intelligere, quarum una sit generatio et altera corruptio. De veritate, qu. 28, art. 1.

[2]) Omnis prioritas secundum ordinem naturae aliquo modo reducitur ad ordinem causae et causati. — — Ex parte autem causae materialis se tenet secundum quamdam reductionem omne illud, per quod materia efficitur propria hujus formae, sicut sunt dispositiones et remotiones impedimentorum. Et ideo in generatione naturali, quando corruptio unius est generatio alterius, et per hoc, quod forma introducitur, alia expellitur, remotio formae praeexistentis se tenet ex parte causae materialis; et ideo secundum ordinem causae materialis praecedit naturaliter introductionem alterius formae. Sed secundum ordinem causae formalis est e converso; et quia forma, finis et agens incidunt in unum numero vel specie, ideo et in ordine causae efficientis introductio formae prior est, quia forma introducta est similitudo formae agentis, per quam agens agit. Et similiter in ordine causae finalis, quia natura principaliter intendit introductionem formae. 4 dist. 17, qu. 1, art. 4.

[3]) Quia enim agens naturale in generatione agit transmutando materiam ad formam, non quidem fit secundum quod materia primo disponitur ad formam, et tandem consequitur formam secundum quod generatio est terminus alterationis, necesse est quod ex parte agentis id, quod immediate agit, sit forma accidentalis correspondens dispositioni materiae. Sed oportet ut forma accidentalis agat in virtute formae substantialis quasi instrumentum ejus; alias non induceret agendo formam substantialem. Quaestio de anima, art. 12.

lichen Substanzen [1]); die Änderung und Umstimmung der übrigen Arten qualitativer Eigenheiten ist Folge und Ergebniß dessen, was im eigentlichen und primären Sinne Alteration genannt wird [2]). Die Alteration kann in zweierlei Art statt haben, entweder als Intension oder als Abschwächung der änderungsfähigen Qualitäten, setzt also eine bestimmte Steigerungsfähigkeit und Herabstimmbarkeit derselben voraus [3]). Auf beiden Seiten gibt es eine äußerste

---

[1]) Über die vier species qualitatis siehe oben S. 187. Über die dritte species heißt es in der Summa totius logicae: Notandum quod passio, ut est in motu, est unum de decem praedicamentis, et sic non hic sumitur passio, sed dicitur passio vel passibilis qualitas, quia infertur per aliquam passionem primo modo sumtam, vel quia infert aliquam passionem. V. g. Calor et frigus dicuntur passibiles qualitates eo quod inferunt sensui tactus aliquam passionem; sed albedo et nigredo dicuntur passibiles qualitates, quia generantur ex aliquibus passionibus illatis. Propter magnum enim aestum agentem in corpora Aethiopum Aethiopes sunt nigri, Germani sunt albi propter frigus, licet etiam albedo et nigredo possint dici passibiles qualitates, eo quod inferunt passionem sensui visus; videre enim est quodam pati. Opusc. 48, Tract. de praedicamento qualitatis, c. 4.

[2]) Dicendum quod primo et per se alteratio est in qualitatibus tertiae speciei; per accidens autem mediantibus aliquibus qualitatibus et ex consequenti fit alteratio in aliis speciebus: sicut per aliquam alterationem calidi et frigidi mutatur homo de sanitate in aegritudinem et e converso, et per alterationem mollis et duri perducitur corpus ad aliquam figuram. De gen. et corrupt. I, l. 10.

[3]) Esse substantialis formae consistit in indivisibili, nec potest magis vel minus recipere; esse autem formae accidentalis magis vel minus recipit. — — Sed secundum philosophi sententiam in II. Phys. et Commentatoris in II. Metaph. impossibile est aliquid frustra in natura esse; quare cum ex praemissis concessum sit, accidentia posse esse in rerum natura secundum esse remissum, oportet de necessitate dicere, quod proprias etsi non perfectas, tamen remissas habeant actiones; alias enim essent frustra, quod est impossibile. Quando ergo dicitur, quod nihil agit nisi secundum quod est in actu, dicendum quod qualitates elementorum sunt in mixto secundum actum remissum, et sic remisse possunt agere. Quando ergo dicitur, quod mixtum moveatur secundum elementum praedominans, dicendum, quod licet in mixto elementa reducantur ad medium, tamen illud medium non est indivisibile, sed habet quamdam latitudinem, sicut et aequalitas humorum respectu sani-

Gränze, die wieder im doppelten Sinne genommen werden kann, indem sowol jedes genus, wie innerhalb desselben jede species einer bestimmten Qualität in einem mindesten und einem höchsten Grade vorhanden sein kann [1]). Die beiden Extreme bilden conträre Gegensätze [2]), deren einer durch continuirliche Übergänge in den anderen übergeht [3]). Zu den besonderen Arten der Alteration gehört auch die Verdichtung und die Verdünnung. Schon an sich drücken Dichtigkeit und Dünnheit nicht eine quantitative, sondern eine qualitative Eigenheit des Subjectes aus [4]); die über den Alterations-

---

tatis, et ita potest in mixto alterum elementorum aliqualiter praedominari. De formis, qu. 6, art. 1.

[1]) Nota, quod formae, quae habent praedictam latitudinem, quaedam habent eam solam servando eandem speciem, quaedam vero in genere et in specie. Nam tales gradus latitudinis sunt usque ad ultimum in quo salvatur species illa; quem gradum si transeat forma, variabit speciem et remanebit sibi idem genus. Et in ista secunda specie habet etiam gradum quamdiu perveniat ad ultimum, quem si transscenderet, non esset in eadem specie v. g.: Croceum habet gradus et fit magis croceum quamdiu veniat et fiat rubeum, et licet rubedo sit alia species quam croceitas, sunt tamen ejusdem generis. Conveniunt enim in hoc, quod est participare lucem incorporatam, et de rubeo venitur ad nigrum usque ad ultimum gradum nigri, qui in eodem genere transscendi non potest. Si etiam croceitas remittatur, fit palliditas et postea albedo, et istae formae istorum duorum graduum, scil. albedo et nigredo, sunt contrariae. Opusc. 48, de praedicam. substantiae, c. 4.

[2]) Lux incorporata magis vel minus participata causat species contrarias. Nam species quae perfectius participat de tali luce, puta albedo, est contraria speciei, quae imperfectius talem lucem participat, puta nigredo, et in talibus invenitur contrarietas. Ibidem.

[3]) Sciendum est autem, quod licet in aliquibus inveniatur latitudo et gradus, non tamen est intelligendum, quod cum una forma intenditur, quod augeatur per additionem gradus ad gradum, ita quod sint ibi duo gradus distincti, quorum unus additur alteri, et posset ab eo distincte signari; sed fit tale augmentum, inquantum forma fit perfecta, ita quod ipsa perfecta habet plus quam prius, non secundum partes signabiles diversas, sed virtute, ita quod primus gradus continetur in secundo virtute, sicut imperfectum continetur in gradu perfecto. Ibidem.

[4]) Rarum et densum sunt quaedam qualitates consequentes corpora ex

proceß gegebenen Bestimmungen treffen vollständig auch beim Vorgange der Verdichtung und Verdünnung zu; endlich hat dieser Vorgang keine Änderung des quantitativen Inhaltes im veränderten Subjecte zur Folge [1]) und die Änderung der Größenverhältnisse ist nicht das Ziel, sondern die Folge des Processes [2]). Die Verdünnung und Theilung der irdischen Körper geht nicht in's Unendliche, sondern hat, wie die Vergrößerung, eine bestimmte Gränze; kein irdischer Körper kann feiner werden als das Feuer [3]) und keiner sich weiter ausdehnen als bis zur soliden Gränze der Mondessphäre.

In den organischen Körpern treten vermöge der ihnen eignenden besonderen Beschaffenheit gewisse besondere, das Wesen des Organismus betreffende Processe ein, welche eigentlich nur eine modificirte Wiederholung des Generations- und Alterationsprocesses sind.

---

hoc quod habent multum vel parum de materia sub dimensionibus etc. 3 qu. 77, art. 2.

[1]) Magnitudo et parvitas sensibilis corporis non extenditur vel amplificatur rarefactione vel condensatione per hoc, quod materia aliquid superadditum recipiat, sed quia materia, quae prius erat in potentia magnum et parvum, transmutatur de uno in alterum. Et ideo rarum et densum non fit per additionem partium subintrantium vel per subtractionem earundem, sed per hoc, quod una est materia rari et densi. Physic. IV, l. 14.

[2]) Talis transmutatio non potest proprie dici augmentum sed alteratio; fit enim secundum transmutationem passibilium qualitatum scil. rari et densi. Variatio autem qualitatis aut quantitatis se habet ex consequenti. Sicut ex motu, qui est secundum locum, variatur motus secundum dextrum vel sinistrum, non tamen dicitur motus secundum situm, quia variatio situs consequenter se habet ad variationem loci. De gen. et corrupt. I, l. 14.

[3]) Corpora naturalia in infinitum dividi non possunt, quia omnium natura constantium, ut in II. de anima dicitur, est terminus magnitudinis, nec tantum in augmento sed etiam in diminutione; et ideo etiam est invenire minimam carnem et minimam aquam ut in I. Physic. dicitur. Et ideo in qualibet specie oportet esse terminum quemdam rarefactionis, ultra quem species non salvatur. Unde ultima raritas, ad quam potest perveniri, est secundum quod materia stat sub forma ignis ut dicit Comment. in IV. Physic. Unde posset aqua tantum rarefieri, quod jam non esset aqua nec vapor sed aër vel ignis. 2 dist. 14, qu. 1, art. 1.

Diese Vorgänge beziehen sich auf Ernährung, Wachsthum und Abnahme des organischen Körpers, und erklären sich aus dem Begriffe der organischen Substanz als eines sich selbst bewegenden Körpers. In diesem muß seinem Begriffe zufolge unterschieden werden zwischen dem Bewegenden und demjenigen, was bewegt wird. Das Bewegende ist offenbar die Form, das Bewegte die Materie. Eine solche Bewegung der Materie durch die ihr aufgeprägte Form kann offenbar nur unter der Bedingung statt haben, daß die Form nicht unbeweglich an der ihr eignenden Stofflichkeit haftet, wie in den anorganischen Körpern; es muß somit ein Ab- und Zufluß der Materie statt haben, jeder Ausfall durch den Abfluß muß durch einen neuen Zufluß gedeckt werden. Daher bedarf das organische Wesen zur Erhaltung seiner selbst nothwendig eines Nahrungsstoffes; in der Assimilation desselben besteht die Ernährung [1]). Da das Nutriment in die substanzielle Form des lebendigen Körpers hineingebildet wird [2]), so kommt die Nutrition nothwendig dem gesammten Organismus, nicht bloß einem besonderen Theile desselben zu Gute [3]).

---

[1]) Omne movens seipsum, ut probatum est in VIII. Phys. dividitur in duo, quorum unum est movens, aliud vero motum. Unde oportet, quod in rei veritate sit aliquid motum quod convertitur in naturam speciei, et aliquid movens scil. ipsa virtus speciei. Et inde est quod virtus speciei in rebus viventibus non determinat sibi aliquam materiam signatam, cum una pars effluat et alia adveniat. Non potest tamen virtus speciei esse absque omni materia, sed in hac vel illa determinate, ut probatur in VII. Metaph. In rebus tamen inanimatis nihil tale invenitur; nisi forte, inquantum est in eis aliqua similitudo augmenti et nutrimenti; puta in igne et vino per efficaciam virtutis activae in eis, speciei carnis vel cujuscunque hujusmodi in quamcunque. Sic igitur virtus non determinat sibi aliquam materiam signatam, sed nunc salvatur in hac, nunc in illa, et est sicut species immaterialis potentia, quantum ad hoc, quod non determinat sibi materiam signatam, est tamen in materia semper aliqua. Et eadem ratio est de quocunque alio organo, puta de osse aut de nervo aut quocunque hujusmodi. De gen. et corrupt. I, lect. 17.

[2]) Alimentum vere convertitur in veritatem humanae naturae, in quantum vere accipit speciem carnis et ossis et hujusmodi partium; et hoc est, quod dicit philosophus in II. de anima, quod alimentum nutrit, in quantum est potentia caro. 1 qu. 119, art. 1.

[3]) Ejus quod augetur, quaelibet pars videtur esse augmentata. Et simi-

Dasjenige aber, was im steten Stoffwechsel beständig bleibt, ist einzig die Form, die so lange dauert, als ihre Kraft zureicht, sich eine hinreichende Quantität des Nahrungsstoffes zu assimiliren [1]). Da alles durch die Ernährung aufgenommene Stoffliche einer bereits vorhandenen Form angebildet wird, so wird sie im Unterschiede von der Zeugung, durch welche die Materie in eine neu entstehende Form hineingebildet wird, am richtigsten als Anerzeugung gefaßt [2]), in deren fortgesetzter Wiederholung das ursprüngliche Wesen sich stets erhält und als ein mit sich Identisches verharrt [3]). Die assimilirende Kraft der substanziellen Form wirkt anfangs, da sie noch ungeschwächt ist, mit der größten Energie, und bewältigt eine Menge des Stoffes, die nicht nur zur Erhaltung des Individuums ausreicht, sondern auch zur materiellen Vergrößerung desselben beiträgt. Im Verfolge ihrer Thätigkeit wird aber die assimilirende

---

liter de diminutione, quaelibet pars ejus, quod diminuitur, videtur esse facta minor; cujus ratio apparet ex eo, quod dicitur in V. Physic. Illud enim, cujus aliqua pars movetur, dicitur moveri secundum partem et non simpliciter; sicut homo dicitur vulnerari, cujus manus vulnerata est. Ad hoc ergo, quod aliquid per se et simpliciter moveatur, requiritur, quod quaelibet ejus pars moveatur; quod quidem etiam in augmento et omnibus aliis motibus observari oportet. De gen. et corrupt. I, lect. 14.

[1]) Si consideretur caro secundum speciem i. e. secundum id quod est formale in ipsa, sic semper manet, quia semper manet natura carnis et dispositio naturalis ipsius. Sed si consideretur caro secundum materiam, sic non manet, sed paulatim consumitur et restauratur, sicut patet in igne fornacis, cujus forma manet, sed materia paulatim consumitur et alia in locum ejus substituitur. 1 qu. 119, art. 1.

[2]) Si non generetur caro secundum se, aggeneratur tamen carni praeexistenti. De gen. et corrupt. I, lect. 17.

[3]) Sicut philosophus dicit in I. de gen., quando aliqua materia per se convertitur in ignem, tunc dicitur ignis de novo generari; quando vero aliqua materia convertitur in ignem praeexistentem, dicitur nutriri; unde si tota materia simul amittat speciem ignis, et alia materia convertatur in ignem, erit alius ignis numero; si vero paulatim combusto uno ligno aliud substituatur, et sic deinceps quousque omnia consumantur, semper remanet idem ignis numero; quia semper, quod additur, transit in praeexistens. Et similiter est intelligendum in corporibus viventibus, in quibus ex nutrimento restauratur id quod per calorem naturalem consumitur. 1 qu. 119, art. 1.

Kraft schwächer, indem sie gewissermaaßen unter dem steten Zuflusse neuen Stoffes und im Wechselspiele des Thuns und Leidens ermüdet [1]). Darum tritt eine Periode ein, in welcher das Wachsthum aufhört und nur so viel assimilirt wird, als zur Erhaltung des bereits ausgebildeten Körpers ausreicht; später aber assimilirt der Organismus nicht einmal mehr so viel Stoff als er abgibt, und da tritt sogar eine successive Abnahme desselben ein, bis endlich die Kraft gänzlich erlischt und der Lebensproceß stille steht [2]).

b. Von den Principien und Ursachen der Erscheinungen und Vorgänge im Bereiche der irdischen Natur.

Man kann die Ursachen dessen, was ist und geschieht, in nächste und entfernte Ursachen eintheilen. Die nächsten Ursachen einer Erscheinung oder eines Vorganges sind in der Sache selbst zu suchen,

---

[1]) Die natürlichen Agentien sind keine reinen Agentien, sondern indem sie wirken, leiden sie zugleich auch: Quando id quod est in potentia, actu quodammodo existens agit, aut ipsum, aut aliud, inquantum est mobile, reducitur in actum motus, sive sit motum a se sive ab alio, tunc est motus actus ejus. Et inde est, quod illa, quae sunt in potentia, sive agant sive patiantur, moventur, quia et agendo patiuntur et movendo moventur sicut ignis cum agit in ligna, patitur inquantum ingrossatur per fumum, quia flamma non est nisi fumus ardens. Physic. III, lect. 2.

[2]) Si advenerit aliqua materia, quae sit in potentia non solum ad hanc speciem, quae quodammodo est immaterialis, sed etiam in potentia ad majorem quantitatem, haec etiam erunt majores et immateriales i. e. ipsae virtutes speciei, quae sunt in carne et osse et hujusmodi, extenduntur in majorem quantitatem. Sed hoc non semper potest fieri, quia virtus speciei debilitatur, cum sit in materia contrarietati subjecta, per continuam actionem et passionem et per adjunctionem materiae extraneae, quae non ita recipit virtutem speciei, sicut prius erat. Quando ergo non amplius virtus speciei facere potest ut scilicet tantum convertat de nutrimento, quod sit in potentia non solum ad speciem et ad majorem quantitatem, sed nec etiam ad aequalem, tunc fit diminutio quantitatis, et tamen conservatur species in quantitate minori, et finaliter etiam species cessat; sicut si aqua magis et magis vino misceatur, fiet vinum aquosum, et finaliter corrumpetur vinum et fiet totaliter aqua. De gen. et corrupt. I, lect. 17.

an welcher etwas erscheint oder vorgeht; die entfernteren Ursachen aber liegen außerhalb derselben. Die in der Sache gelegenen Gründe können keine anderen sein, als die constitutiven Principien derselben: Materie und Form; was an der Sache erscheint oder von ihr ausgeht, muß sich auf irgend eine Weise aus jenen beiden Principien erklären lassen. Zunächst sind beide Principien die Coefficienten der Existenz jeder körperlichen Substanz; die Existenz ist die unmittelbare Wirkung der Formirung der Materie. Weiters ist jeder Substanz eine bestimmte Wirkungsfähigkeit, und jeder bedingten Substanz eine bestimmte Leidensfähigkeit eigen. Beides, Thun und Leiden, kommt jedem bedingten Wesen nach seiner Art zu; und wie jede Art von Wesen unter bestimmten Kategorien etwas mit anderen Wesen Gemeinsames hat, während sie nach anderen Beziehungen ein für sich eigenthümliches Sein constituirt, so haben auch die irdischen Substanzen in ihrem Thun und Leiden etwas, worin sie mit anderen Substanzen übereinkommen, nebstdem aber etwas, was ausschließlich der Eigenthümlichkeit ihres Seins entspricht. Der Grund ihrer Eigenthümlichkeit ist aber zunächst in ihrer causa materialis zu suchen, und weiters in der durch diese bedingten Contrarietät der zusammengesetzten Körper; darin wird also der specifische Grund der besonderen Art des Thuns und Leidens der irdischen Substanzen zu suchen sein. Dieses hängt in den der irdischen Welt eigenthümlichen Vorgängen der schlechthinigen oder beziehungsweisen Generation, Corruption und Alteration stets mit qualitativen Änderungen zusammen, die am leidenden Subjecte vorkommen, sei es, daß dasselbe aus der Potenzialität in die Actualität, oder aus einer bestimmten Art des Seins in eine andere versetzt werde. Der Möglichkeitsgrund dieser qualitativen Änderungen ist das specifische Wesen der irdischen Materie, wie schon früher gezeigt worden; die an sich mögliche Änderung wird zur Nothwendigkeit, wenn conträre Qualitäten zweier Körper mit einander in Berührung kommen und der active Factor die hinreichende Stärke besitzt, den passiven Widerstand seines passiven Gegensatzes zu bewältigen [1]. Die Wirkung

---

[1]) Quaecunque agunt et patiuntur adinvicem, sunt contraria, contraria autem sunt in eodem genere, ut probatur in X. Metaph.; ergo activa et passiva sunt in eodem genere. Et ideo necesse est ipsa esse qualiter i. quodammodo esse similia, quia eadem et similia genere, et

hat aber niemals einseitig ohne Gegenwirkung statt, die zugleich den activen Factor in einen leidenden Zustand versetzt [1]); einzig unter dieser Bedingung ist eine Bildung zusammengesetzter Körper möglich [2]). Das Princip der Wirksamkeit sind beiderseits die dem Wesen der irdischen Körper eignenden Qualitäten, welche demnach als nächste causae moventes der irdischen Vorgänge von den causis formalibus der irdischen Substanzen wol zu unterscheiden sind.

Die den irdischen Körpern einwohnenden Qualitäten müssen aber, wie die substanziellen Formen der Körper wieder aus weiteren Ursachen erklärt werden. Es muß eine Ursache geben, durch welche das Entstehen, Bestehen und Vergehen der den irdischen Körpern aufgeprägten substanziellen Formen bewirkt wird, woraus sich sodann erklärt, warum die den einzelnen Körpern eignenden Qualitäten gerade in dieser oder jener Art und Proportion sich vereinigt finden [3]). Und eben so muß um den verursachenden Grund jener

---

qualiter i. quodammodo altera et dissimilia specie, ut dixerunt antiqui. Hanc autem rationem convertit, de conclusione faciens alteram praemissarum hoc modo: Illa quae sunt similia in genere et diversa specie, sunt contraria; sed activa et passiva sunt talia; ergo sunt contraria, et etiam ipsorum media, quae ad extrema comparata quodammodo contrariantur. Si ergo secundum istam viam poterit esse generatio et corruptio quae fiunt solum per contraria, sic etiam ignis poterit calefacere, et frigidum infrigidare, et universaliter faciens poterit sibi assimilare patiens, cum habeat unum commune subjectum susceptivum contrariorum; faciens enim et patiens sunt contraria, et faciens poterit transmutari in patiens et e converso. Sic enim fit generatio et corruptio scil. de contrario in contrarium. De gen. et corrupt. I, l. 19.

1) Vgl. obiges Citat aus Phys. III, l. 2.

2) Quando miscibilia communicant in materia, sed unum vehementer agit et alterum vehementer patitur, et non tantum agit quantum primum, neque talium potest esse mixtio; vel si est aliqua, parum relinquetur de eo quod vehementer patitur, sicut patet in stanno et aëre. Si enim in aëre liquefacto miscetur modicum de stanno, tunc stannum per vehementiam actionis aëris evaporat, et nihil forte remanet nisi calor quidam, et est simile balbutientibus, qui una litera prolata alia distincte non proferunt. Idem etiam contingit in multis aliis. De gen. et corrupt. I, l. 25.

3) Qualitates elementares inveniuntur se habere in actionibus rerum naturalium, sicut instrumentalia principalia. Cujus signum est, quod non

Qualitäten gefragt werden, die in den gemischten Körpern außer den virtuell in ihnen vorhandenen Elementarsubstanzen vorhanden sind und aus diesen sich nicht herleiten lassen. Für Beides läßt sich im Bereiche der irdischen Weltsphäre keine Ursache mehr finden; diese muß also in den Regionen des Himmels gesucht werden, aus dessen Einflüssen zunächst die allgemeinen und großen Naturerscheinungen im Bereiche der Elementarwelt, weiters aber das Entstehen, Vergehen und alle anderen qualitativen Veränderungen der gemischten und organischen Körper auf der Erde zu erklären sind. Alle diese Vorgänge sind alterirende Bewegungen oder gehen aus solchen hervor; jede besondere Art ist auf ein allgemeineres ursächliches genus zurückzuführen, und deßhalb auch die alterirende Bewegung aus einer Bewegung allgemeinerer Art herzuleiten, und dieß ist die Bewegung des Himmels. Die Bewegung des Himmels ist Ursache, daß es in der irdischen Weltsphäre überhaupt eine Bewegung gibt, und demzufolge jene Processe eintreten, in deren Folge die erwähnten Erscheinungen und Vorgänge statthaben. Eben so wird durch das Licht der himmlischen Körper bewirkt, daß sich aus den Processen der Erdsphäre überall etwas Bestimmtes herausbildet; in diesem Sinne sind die siderischen Einflüsse die bewirkende Ursache aller irdischen Formen. Und endlich enthalten die siderischen Regionen auch die körperlichen Urbilder dessen, was auf Erden geformt werden soll. Somit enthalten die Himmel die causas moventes (efficientes und agentes remotas) und exemplares der irdischen Dinge.

Das erste und augenfälligste Naturphänomen ist der Wechsel von Tag und Nacht, welcher durch die tägliche Bewegung des ganzen Himmels von Ost nach West um die Erde bewirkt wird. Diesem Einen großen Bewegungssysteme sind aber mehrere besondere durch die specifische Beschaffenheit der einzelnen Körper bedingte Bewegungs-

---

eundem modum actionis habent in omnibus, nec ad eundem terminum perveniunt actiones ipsorum. Alium enim effectum habent in auro alium in ligno vel carne animalis; quod non esset, nisi agerent, in quantum sunt ab alio regulata. Actio autem principalis agentis non reducitur sicut in principium in actionem instrumenti, sed potius e converso; sicut effectus artis non debet attribui serrae sed artifici. Unde et effectus naturales nequeunt reduci in qualitates elementales sicut in prima principia. De veritate, qu. 5, art. 9.

systeme eingegliedert, die in ihrer gemeinsamen, der Schiefe der Ekliptik folgenden Bewegung die mannigfaltigen Unterschiede und Abweichungen in den Zeiten des Jahres, der Monate und der Tage verursachen [1]). Durch ihre Bewegung sowol wie durch die Lichtkraft ihrer Körper erzeugen die himmlischen Sphären in den Regionen der irdischen Weltsphäre jene Wärme, welche ein wesentlichstes Agens aller Generationsprocesse ist. In den oberen Regionen der irdischen Weltsphäre wird die Wärme hauptsächlich durch die Bewegung der Himmelssphären erzeugt, indem die oberste Sphäre der Erdregion, nämlich die Feuersphäre, und mittelst dieser die Luftsphäre von der untersten Sphäre des kreisenden Himmels bewegt und bis zum Erglühen gerieben wird [2]), während zugleich die sprühenden Funken

---

[1]) Duplex est motus in coelo. Unus communis toti coelo, qui facit diem et noctem; et iste videtur institutus primo die. Alius autem est qui diversificatur per diversa corpora; secundum quos motus fit diversitas dierum ad invicem et mensium et annorum. Et ideo in prima die (1 Mos. 1, 4) fit mentio de sola distinctione noctis et diei, quae fit per motum communem; in quarta autem die (1 Mos. 1, 14 ff.) fit mentio de diversitate dierum et temporum et annorum, cum dicitur: „Ut sint in tempora et dies et annos;" quae quidem diversitas fit per motus proprios. 1 qu. 67, art. 4.

[2]) Calor et lumen generatur a stellis per quamdam contritionem, sive confricatione aëris ex motu eorum, non propter hoc quod sunt ignea. Videmus enim, quod motus natus est ignire et ligna et lapides et ferrum, unde multo magis rationabile est, quod per motum possit igniri corpus quod est propinquius igni quam praedicta corpora, quia eorum, quae sunt sibi propinquiora, facilior est transmutatio invicem; aër autem propinquius se habet ad ignem quam praedicta corpora, unde aër magis potest igniri ex motu quam praedicta corpora. Et ponit exemplum de sagittis, quae cum sint plumbeae quantum ad aliquam sui partem, ex vehementia motus sic calefiunt, ut quandoque liquescat plumbum. Et quia istae sagittae igniuntur ex motu, necesse est quod multo magis aër, qui est in circuitu sagittarum ignitarum. — — Aristoteles vult probare per locum a minori, quodsi sagittae calefiunt, necesse est, quod aër circumstans calefiat, qui est propinquior naturae ignis. — — Ipsae sagittae calefiunt, sed hoc non accidit in stellis, quia unaquaeque stellarum non fertur per aërem, sed in propria sphaera separata ab aëre. Et ideo ipsae stellae non igniuntur nec calefiunt, tum quia sunt longe ab aëre, qui ignitur per motum, tum etiam quia non sunt susceptivae peregrinae impressionis. Sed aër, qui existit sub

der Feuersphäre in die Luftatmosphäre hineingeschleudert werden [1]). Die Erwärmung der Luft durch Bewegung und Reibung theilt sich auch der Erdoberfläche mit, aber in schwächerem Grade; dafür wirken die Lichtstrahlen der Himmelskörper, der Sonne namentlich, desto intensiver auf Wasser und Erde [2]), und entlocken beiden zunächst

---

sphaera corporis circularis, necesse est quod calescat per motum sphaerae coelestis, quia scil. ex ipso motu sphaerae coelestis movetur non solum ignis sed etiam aër, usque scil. ad istum aërem, qui infra montes continetur, ut apparet ex motu stellarum comatarum, ut dicitur in I. Meteorum. De coelo et mundo II, lect. 12.

[1]) Ambitus ignis per aërem frequenter spargitur motu i. e. per virtutem coelestis motus et fertur violentia deorsum; et ideo sunt aliquae partes ignis et in rore et in vaporibus pluvialibus descendentes, quas vapores accipiunt in regione aëris calefacta, et ideo aquae pluviales sunt vaporosae et calidae. Et haec etiam est causa, quod nive descendente non est tanta intensio frigoris sicut in aliis hyemalibus temporibus. Sic ergo cum pluvia et rore et aliis hujusmodi descendunt partes ignitae ad locum mistionis. De gen. et corrupt. I, l. 24.

[2]) Duplex est ergo causa caloris ex corporibus coelestibus in his inferioribus generari. Una quidem causa est motus; alia causa est lumen. Quare autem motus sit causa calefactionis, supra dictum est. Non est autem intelligendum, quod mutua contritio vel confricatio corporis coelestis vel aëris sit causa caloris, sed solum motus aëris ex superiori motu coelestis corporis causatus. Movetur autem aër superior et similiter ignis secundum motum diurnum coeli totius secundum virtutem solis et omnium stellarum, ut Averroes dicit. Secunda autem causa calefactionis corporum inferiorum ab astris, et praecipue a sole est lumen, quod quidem habet virtutem calefaciendi, inquantum est qualitas activi primi alterantis scil. coeli, et directe causat qualitatem primam inferiorum corporum, quae est calor. Et quia haec qualitas, scil. lumen, magis abundat in sole, inde est quod est maxime potens ad calefaciendum. Reliqua autem coelestium corporum, inquantum participant de lumine, quae est universalis virtus activa coelestium corporum, habent virtutem calefaciendi in tantum, quod etiam lumen Lunae est calefactivum, secundum id quod philosophus dicit in libro de partibus animalium, quod noctes plenilunii sunt calidiores; unde quidam pisces moventur ad superficiem aquae. — — Considerandum, quod secundum quod calor causatur in inferioribus corporibus ex motu astrorum et totius coeli, corpora propinquiora coelo, scil. ignis et superior aëris pars, quae circumferentur secundum motum coeli, sunt calidiora; secundum autem quod ex lumine stellarum causatur calor,

jene wässerigen und trockenen Ausdünstungen, aus welchen sich die verschiedenen früher aufgezählten Lufterscheinungen bilden. Wie durch Erwärmung und Entzündung die unterirdischen Processe veranlaßt werden, ist bereits früher erwähnt worden. Unter den Himmelskörpern stehen einzelne zu den besonderen Sphären der sublunarischen Welt in verwandten Beziehungen, und üben daher auf dieselben eine besondere Wirksamkeit aus [1]). So ist die Sonne der Feuersphäre, der Mond der Wassersphäre innerlich verwandt; und wie der Gegensatz von Feuer und Wasser im Gegensatze von Sonne und Mond sein Urbild hat, so wird auch auf beide Elemente vorzugsweise von den ihnen entsprechenden Himmelskörpern eingewirkt [2]). Eben so verhält es sich mit dem Gegensatze von Luft und Erde, und dem ihnen entsprechenden Gegensatze der beweglichen Planeten zu den unbeweglichen Fixsternen, welche auf die Einzeldinge der unbeweglichen Erde specifischen Einfluß nehmen, wie die Planeten auf die bewegliche Luftsphäre. Und unter den Planeten üben die einzelnen wieder eine ihrer Reihenfolge entsprechende, graduell verschiedene, besondere Wirksamkeit auf ihr Element aus. Der oberste Planet, Saturnus, ist das specifische Princip der Gefrierkälte [3]), Jupiter das Princip der gemäßigten Wärme, Mars das der Glühhitze, die mittelbar auf ihr folgende Venus das specifische Princip der temperirten Kühle. Merkur, der sublunarischen Region näher stehend, befördert die Mischbarkeit der Elementarstoffe und die fügsame Weichheit des geformten Gebildes [4]). Die Sonne nimmt die

---

sunt calidiora ea quae sunt infima, quia in superioribus reflexiones radiorum magis disperguntur. Et inde est etiam, quod circa terram plures species rerum generantur ex virtute radiorum solis et stellarum, quae per reflexionem circa terram multiplicantur. De coelo et mundo II, l. 10.

[1]) De gen. et corrupt. I, l. 24.

[2]) Aqua movetur motu proprio tendendo in centrum, et habet quemdam motum ex impressione lunae, quae movet ipsam, ut patet in fluxu et refluxu maris. De veritate, qu. 22, art. 13.

[3]) Damit hängt eine andere Wirksamkeit zusammen, welche seiner obersten Stellung entspricht: Astrologi attribuunt Saturno, qui est supremus planetarum, res fixas et permanentes. 1 qu. 104, art. 2.

Unde si consideretur emanatio totius entis universalis a primo principio, impossibile est, quod aliquod ens praesupponatur huic emanationi. Idem autem est nihil quod nullum ens. Sicut igitur generatio hominis est ex non ente, quod est non homo, ita creatio, quae est emanatio totius esse, est ex non ente, quod est nihil. 1 qu. 45, art. 1. — Emanatio fit ex non ente. Opusc. 37, de quatuor oppositis, c. 4.

[1]) Virtus formativa, quae est in spermate maris, naturaliter est ordinata ut producat omnino simile ei, a quo sperma est decisum; sed de secundaria intentione est, quod quando perfecta similitudo induci non potest, inducatur qualiscunque potest similis. Et quia in generatione muli sperma equi non potest inducere speciem equi in materia, propter hoc quod non est proportionata ad suscipiendum speciem equi, inducit speciem propinquam. Unde etiam in generatione muli est aliquo modo generans sibi simile generato. Est enim aliquod proximum genus, quod non est nominatum commune equo et asino. Et sub illo genere continetur etiam mulus; unde secundum illud genus potest dici, quod simile generet simile. Ut si v. g. dicamus, quod illud proximum genus sit jumentum, poterimus dicere, quod licet equus non generet equum, sed mulum, jumentum tamen generat jumentum. Patet igitur, quod omnia generata consequuntur speciei similitudinem ex virtute generantis. Metaph. VII, l. 7.

natürliche Thätigkeit bloß eine Wandlung aus einem Sein in's andere, die göttliche eine Wandlung aus dem Nichtsein in's Sein. Da die logischen Gedankenverhältnisse mit den Verhältnissen der Wirksamkeit parallel gehen, so läßt sich hier der reale Ausdruck der in der Logik unterschiedenen Arten von Gegensätzen aufzeigen, und hiedurch eine noch nähere Verständigung über den Unterschied der genannten Mutationen erzielen. Sein und Nichtsein sind contradictorische Gegensätze, zwischen welchen es keine Vermittelung gibt. Dem contradictorischen Gegensatze kommt zunächst die privatio, welche kein medium sui generis zwischen sich und ihrem Gegensatze zuläßt. Diese beiden Arten von Gegensätzen sind nur durch göttliche Macht zu bewältigen, welche durch die primitive Setzung der creatürlichen Substanzen das Sein aus dem schlechthinigen Nichtsein — in der primitiven Formirung der irdischen Materie aber als allein wirkendes agens das Sein aus demjenigen, was per accidens ein non ens ist, emaniren macht. Die Creatur aber, wie sie selbst in genere ist, kann nur wieder generiren, d. h. Mutationen aus dem Nichtsein in's Sein nur innerhalb des genus, dem sie selbst angehört, hervorbringen, und das aus dem Generationsprocesse hervorgegangene Sein stellt sich demjenigen Sein, aus dem es durch Mutation geworden, als conträres Gegentheil gegenüber. Die Möglichkeit der Generation des Einen aus dem Anderen gründet überhaupt darin, daß in demjenigen Dinge, aus welchem durch Mutation das andere wird, das zweite potenziell schon enthalten ist. Das potenzielle Sein des zweiten Dinges ist allerdings ein Noch-nicht-sein, aber nicht schlechthin, sondern nur ein Noch-nicht-sein dieses oder jenes Dinges; wie auch das Ziel der Generation nicht das Sein überhaupt, sondern dieses oder jenes specifisch bestimmte Sein ist. Die beiden Gegensätze von Nichtsein und Sein in der Generation sind also keine so ausschließenden Gegensätze, wie in der Creation. Weiters schließt das bestimmte Noch-nicht-sein schon ein bestimmtes Sein in sich, da die Materie niemals in reiner Potenzialität existirt; also ist der terminus a quo der Generation nothwendig etwas Wirkliches, während in der Creation der terminus a quo nichts Wirkliches ist. Wenn daher in der Creation die causa prima thätig sein muß, um aus dem Nichtsein das Sein herauszuziehen, so ist bei der Generation in der bereits vorhandenen Form des terminus a quo ein natürliches Agens vorhanden, dem das Noch-

nicht-sein oder potenzielle Sein des zu Generirenden unterworfen ist (subjicitur); darum kann der innerhalb eines bestimmten genus bestehende Gegensatz von Nichtsein und Sein durch eine natürliche Kraft bewältigt werden. Diese beiden termini der Generation, Nichtsein und Sein (terminus a quo und ad quem) sind nach ihrer speciellen Bedeutung als non esse hoc und esse hoc eben nur dem esse als dem einen Gegensatzgliede des contradictorischen und schlechthinigen Gegensatzes von esse und non esse eingeordnet. Jedes esse in genere ist aber entweder substanzielles oder accidentelles Sein; daher dann auch der Unterschied zwischen der generatio simpliciter und generatio secundum quid mit Beziehung auf das Subject (id quod subjicitur) der Generation; das bei den von der creatürlichen Potenz zu bewältigenden conträren Gegensätzen [1]) geforderte subjectum commune ist im ersteren Falle die Materie, im anderen Falle das substanzielle Wesen des Dinges [2]). Auf Grund

---

[1]) Conträre Gegensätze im Unterschiede von den contradictorischen: Contradictio est oppositio cujus secundum se non est medium. — — Convenire autem in medio est dupliciter. Aliqua enim conveniunt in medio ejusdem generis cum eis et iterum in medio materiae, sicut album et nigrum conveniunt in medio colore et iterum in subjecto. Aliqua vero conveniunt in medio materiae tantum sicut contraria immediata et habitus et privatio. Contraria namque immediata subjectum commune habent, et similiter habitus et privatio. Sed in his differentia est, quia in quibusdam privative oppositis servatur ordo respectu subjecti, et ideo non fit reditus a privatione ad habitum. Similiter est de quibusdam contrariis immediatis, sicut est de quibusdam infirmitatibus quae sunt incurabiles, et tam in his quam in privationibus non relinquitur aliqua virtus in subjecto ad habitum. Alia autem sunt contraria immediata, sicut est sanitas et aegritudo, quae indifferenter, licet ordine quodam, respiciunt suum subjectum, et tamen per unum eorum non aufertur potentia ad reliquum. Opusc. 38, de quatuor oppos., c. 1.

[2]) Ad alterum extremum contradictionis simpliciter ad esse pertinent ambo extrema generationis, esse scil. hoc et non esse hoc, quod est esse in potentia. Esse enim in potentia aliquo modo ad esse pertinet. Sed comparando unum eorum ad alterum esse in potentia est quasi non esse, quia quod est in potentia, non est, secundum philosophum, et similiter esse album et non esse album, quod est esse nigrum, vel medio colore coloratum ad esse pertinent, licet non album vel esse

aller dieser Mutationen entwickeln sich die Relationsgegensätze (oppositio relativa) zwischen dem agens und dem Producte seiner Thätigkeit. Die beiden Momente dieses Gegensatzes [1]) sind andere im Verhältnisse des Geschaffenen zum Schaffenden, und wieder andere im Verhältnisse des Erzeugten zum Erzeugenden; im ersten Verhältnisse ist es das beiderseitige esse der Gegensatzglieder, im letzteren sind es die aufeinander bezogenen Dinge selber in ihrer aus Materie und Form zusammengesetzten Wirklichkeit [2]).

---

nigrum comparatum ad esse album sit quodammodo non ens, cum ad vilius extremum contradictionis spectet. Quod autem ista non sint absolute contradictoria, manifestum est ex dictis. Nam non esse quod est alterum extremum generationis, non est non esse simpliciter, secundum philosophum; sed illud non esse idem est quod esse in potentia, et ideo manifestum est quod talis non esse et esse oppositi est commune subjectum, materia scil. et similiter est de nigro vel non albo, quod est idem, et albo. Horum enim est commune subjectum quod est ens medium. Opusc. 38, c. 5.

[1]) Notandum quod ad constitutionem relationis duo requiruntur. Unum ut fundamentum, aliud ut terminus, sine quibus relatio non solum non potest esse, sed etiam non potest intelligi. V. g. Similitudo requirit duo alba realia, quorum unum est fundamentum, alterum terminus. Similitudo enim Socratis albi ad Platonem album in albedine Socratis est ut in fundamento, in albedine vero Platonis est ut in termino. Opusc. 48, tract. de praed. ad aliquid, c. 2.

[2]) Esse diversimode se habet ad creationem et ad generationem. Esse enim est prima rerum creatarum secundum auctorem libri de causis, non quod creatio sit ut in subjecto in ipso esse, cum creatio passiva sit accidens, cujus est habere subjectum, sed ut in subjecto est in ipsa creatura. Sed creatio, secundum quod relatio est, terminat respectum per se ad ipsum esse rei creatae et ad rem per ipsum esse, quod patet, quia extremum relationis ipsius realiter est in creatura, quod non contingeret, nisi creatura haberet esse realiter. Ipsum tamen esse nullius accidentis est susceptivum, sed ipsum quod est; et ideo in re habente esse secundum illud quod relatio habet commune cum aliis accidentibus, relatio pertinet ad rem, sed secundum propriam rationem ejus quae est referri ad alterum, pertinet ad ipsum esse rei per se, per quod res refertur ad deum. Esse namque divinum proprie est ratio creandi; quia per creationem omnes res communiter accedunt ad participandum esse quantum est eis possibile, non autem naturam divinam. Ipsa enim non participatur a creatura, licet ibidem sit esse

Gemäß dem Axiom: Simile fit a suo simili, muß Gott als Schöpfer aller Dinge auch eine Ähnlichkeit mit allen Dingen haben. Denn das Bewirkte präexistirt in der Ursache, muß also dessen Form an sich tragen. Nun ist aber eine dreifache Gemeinsamkeit in der Form denkbar, und darum auch eine dreifache Ähnlichkeit: eine specifische, welche durch die generatio univoca bewirkt wird, eine generische, welche durch die generatio aequivoca bewirkt wird, und endlich eine allgemeinste, das außerhalb aller specifischen und generischen Bestimmtheit stehende Sein betreffende Ähnlichkeit, die nur noch uneigentlicher Weise per analogiam als solche genommen werden kann. Da nun Gottes Wesen über alle specifische und generische Bestimmtheit erhaben ist, so kann er nur in letzterem, uneigentlichem Sinne den Creaturen ähnlich sein [1]). Und weil diese vermöge der wesenhaften Verschiedenheit des göttlichen und creatürlichen esse nicht nach ihrem esse naturale in Gott präexistiren können, so müssen sie im göttlichen Denken präexistirt haben als Urbilder und ewige Ideen des zu Schaffenden; und als Träger dieser ewigen Gedanken ist Gott oder die causa prima auch die causa exemplaris aller Dinge. Da aber in Gott vermöge seiner absoluten Einfachheit Sein und Denken wesenhaft Eines sind, so ist Gott selbst

---

et natura et sapientia et potentia sive quodcunque hujusmodi; hujusmodi enim in paucis reperitur. In generatione vero non ducitur generatum ipsum ad participandum esse generantis, sed ad participandam naturam ejus, aliter cum esse sit suppositi, in tali natura foret participatio in supposito, et sic Socrates generaret Socratem; ideo in generatione Socrates non generat Socratem, cum suppositum non habeat nisi unum esse incommunicabile, sed homo generat hominem. Natura enim manet una secundum rationem naturae, cum diffinitio sit una. Deus vero non creat Deum; Deus enim nomen naturae est sicut homo. Ens tamen creat ens, ideo relatio creaturae ad Deum fundatur super esse creaturae. Relatio vero unius rei ad aliam super ipsas res principaliter fundatur ut dictum est; ideo proprie actio creaturae ad rem terminatur — — ad ipsum autem esse ex consequenti, cum compositi sit esse. Actio vero Dei qua producit totam rem simul constitutam ex suis principiis, ad ipsum esse terminatur, quod est intimum et maxime formale in re, cum in ipso esse rei salvetur alterum extremum relationis, ut dictum est. Opusc. 38, c. 4.

[1]) 1 qu. 4, art. 3.

seinem Wesen nach das Urbild oder Musterbild (exemplar) aller Dinge [1]).

c. Von der Bewegung als wesentlicher Form alles Geschehens in Zeit und Welt.

Die Bewegung ist jene Thätigkeit, mittelst welcher ein unvollkommenes, potenzielles Sein in seine vollkommene Wirklichkeit und wirkliche Vollkommenheit übergeführt wird. Sie kommt im eigentlichen Sinne den natürlichen Dingen zu; von den geistigen Thätigkeiten wird sie im uneigentlichen, äquivoken Sinne ausgesagt, weil diese ein bereits fertiges und über die materielle Veränderlichkeit hinausgestelltes Sein als Subject der Bewegung voraussetzen. Es gibt verschiedene Arten von Bewegung, welche sich sämmtlich auf drei Arten zurückführen lassen, gemäß dem specifischen Ziele der Bewegung, indem entweder eine Veränderung des Ortes oder der Qualität oder der Quantität angestrebt wird. Jede quantitative Veränderung ist durch eine qualitative, jede qualitative Veränderung durch eine Ortsveränderung bedingt, ohne daß umgekehrt eine Ortsveränderung nothwendig mit den beiden anderen oder einer aus beiden verbunden sein müßte. Die örtliche Bewegung ist daher die

---

[1]) Ad cujus evidentiam considerandum est, quod ad productionem alicujus rei ideo necessarium est exemplar, ut effectus determinatam formam consequatur. Artifex enim producit determinatam formam in materia propter exemplar ad quod inspicit, sive illud sit exemplar, ad quod extra intuetur, sive sit exemplar interius mente conceptum. Manifestum est autem, quod ea, quae naturaliter fiunt, determinatas formas consequuntur. Haec autem formarum determinatio oportet quod reducatur, sicut in primum principium, in divinam sapientiam, quae ordinem universi excogitavit, qui in rerum distinctione consistit. Et ideo oportet dicere, quod in divina sapientia sint rationes omnium rerum, quas supra diximus ideas i. e. formas exemplares in mente divina existentes. Quae quidem, licet multiplicentur secundum respectum ad res, tamen non sunt realiter aliud a divina essentia, prout ejus similitudo a diversis participari potest diversimode. Sic igitur ipse Deus est primum exemplar omnium. Possunt etiam in rebus creatis quaedam aliorum exemplaria dici secundum quod quaedam sunt ad similitudinem aliorum vel secundum eandem speciem, vel secundum analogiam alicujus imitationis. 1 qu. 44, art. 3.

allgemeinste und höchste Art der Bewegung; darum gilt zunächst ihr, was über die Bewegung im Allgemeinen gesagt wird.

Im Begriffe der Bewegung sind die Momente der Stetigkeit und Aufeinanderfolge wesentlich; das Maaß der ersteren ist der Raum, das Maaß der letzteren die Zeit. Alle räumlichen Bewegungen gehen in der Zeit vor, aber nicht alle zeitlichen Bewegungen sind räumlich; bei den geistigen Bewegungen fällt das den räumlichen Bewegungen eigene Moment der Stetigkeit hinweg und bleibt bloß das der Aufeinanderfolge [1]).

Dem Gesagten zufolge hängt der Begriff der Bewegung mit denen der Zeit und des Raumes auf's engste zusammen. Daß wir den Raum zu einem Gegenstande des Denkens machen, hat seinen Grund in der Wahrnehmung, daß derselbe Ort nach einander von verschiedenen Körpern eingenommen wird; er muß also etwas von allen Körpern Verschiedenes sein. Also die Bewegung und der Ortswechsel der Körper führt auf den Begriff des Raumes [2]). Ist

---

[1]) In motu proprie accepto est duo reperire scil. continuitatem et successionem. Secundum quod habet continuitatem, sic proprie mensuratur per locum, quia ex continuitate magnitudinis est continuitas motus ut dicitur IV. et V. Physic. Secundum autem quod habet successionem, sic proprie mensuratur per tempus, unde tempus dicitur numerus motus secundum prius et posterius. Quia autem inveniuntur aliqui motus habentes continuitatem et successionem, aliqui autem habentes successionem, sicut motus affectionum et etiam cogitationum, quando scil. anima transit de una cogitatione in aliam — inter illas duas enim intentiones cogitatas non est aliqua continuitas — et ideo (Augustinus) divisit mutationem creaturae per locum et tempus. 1 dist. 8, qu. 3, art. 3.

[2]) Locus secundum id quod est, nec materia est nec forma locati, quia materia et forma non separantur a re, locus autem separabilis est a locato; nec etiam spatium dimensionatum infra terminos corporis continentis existens, quia nihil est infra terminos corporis continentis circumscripta magnitudine corporis contenti. Cujus ratio est, quia si circumscripta magnitudine corporis contenti esset aliquod spatium infra terminos corporis continentis, tale esset dimensionatum longitudine, latitudine et profunditate; dimensiones autem sunt accidentia, cum sint quantitates; ergo non possunt esse in subjecto nisi in corpore. Si ergo esset aliquod spatium infra terminos corporis continentis praeter magnitudinem corporis contenti, sequitur quod esset aliquod accidens sine subjecto, quod est impossibile. Opusc. 52, de natura loci.

er nun aber auch von den Körpern verschieden, so ist er doch nicht außer den Körpern, sondern die Umgränzung des körperlichen Inhaltes [1]). Einen leeren Raum gibt es überhaupt gar nicht, weder außerhalb [2]) noch innerhalb [3]) der Körperwelt. Eben so wenig gibt

---

[1]) Si locus esset spatium infra terminos corporis continentis, sequitur quod infinita loca essent simul, sicut deducit philosophus, quia cum aqua et aër et quodlibet corpus et quaelibet partes corporis habeant proprias dimensiones et proprias distantias, idem faciant omnes partes in toto, quod tota aqua in vase, quia secundum positionem eorum qui tenent sententiam de spatio quod sit locus, cum aqua est in vase, praeter dimensiones aquae sunt ibi aliae dimensiones spatii penetrantes dimensiones aquae. Constat autem, quod eodem modo pars continetur in toto, sicut aqua in vase, nisi quod locatum est divisum a loco, pars autem non est actu divisa a toto. Si ergo pars dividatur a toto praeter dimensiones partis essent ibi aliae dimensiones totius penetrantes dimensiones partium. Manifestum est autem, quod divisio non facit de novo ibi esse dimensiones, sed praeexistentes dividit. Sicut autem post divisionem sunt ibi aliae dimensiones totius penetrantes dimensiones partium, sic erunt ante divisionem. Quot ergo partes convenit accipere in aliquo toto quarum una continet aliam, tot erunt dimensiones se invicem penetrantes: sed in aliquo toto continuo est accipere infinitas partes, quarum una continet aliam, eo quod quodlibet totum continuum divisibile est infinitum; ergo in aliquo toto continuo erunt infinitae dimensiones se invicem penetrantes. Si ergo dimensiones sunt locus, sequitur, quod infinita loca sunt simul, quod est impossibile. Ibidem.

[2]) In omni loco possibile est existere corpus, alioquin locus esset frustra; sed extra coelum non est possibile existere aliquod corpus, ut probatum est; ergo extra coelum non est vacuum. Illi enim, qui ponunt vacuum, definiunt vacuum esse locum, in quo non existit corpus; sed possibile est esse; ergo extra coelum non est vacuum. Est autem sciendum, quod Stoici posuerunt vacuum infinitum, in cujus quadam parte est mundus; et ita relinquitur secundum eos, quod extra extremam circumferentiam sit vacuum. Quod quidem tali imaginatione probare volebant. Si enim esset aliquis in extrema circumferentia coeli, aut posset extendere manum suam, aut non. Si non posset, ergo impeditur ab aliquo extrinseco existente, et redibit eadem quaestio de illo extrinseco, si in extremo ejus aliquis existens posset ultra manum porrigere; et ita vel procederetur in infinitum, vel venietur ad extremum corpus, ultra quod homo ibi existens non posset manum porrigere; quo dato sequitur, quod extra id possit esse corpus, et cum non

es einen unendlichen Raum; es gibt keinen Raum außerhalb der Körperwelt, diese ist aber nothwendig begränzt und endlich, indem

---

sit, extra erit vacuum. Ad hoc autem respondet Alexander dicens, positionem esse impossibilem. Cum enim corpus coeli sit impassibile, non est receptivum alicujus extranei; unde si ex hac impossibili positione sequitur aliquod inconveniens, non est curandum. Sed ratio non videtur esse sufficiens, quia impossibilitas hujus positionis non est ex parte hujus, quod est extra coelum, sed ex parte ipsius coeli; nunc agitur de eo, quod est extra coelum; unde eadem ratio est, si totum universum esset terra, in cujus extremo posset esse homo. Et ideo oportet aliter dicere sicut ipse etiam dicit, quod manum suam extra extendere non posset homo in extrema circumferentia constitutus non propter extrinsecum impediens, sed quia de natura omnium corporum naturalium est, quod contineantur infra extremam circumferentiam coeli; alioquin coelum non esset universum. Unde si esset aliquod corpus, quod non deberet a corpore coeli sic contineri, id nihil prohiberet esse extra coelum, sicut substantiae spirituales. Quod autem non sit vacuum extra coelum, probat Alexander, quia illud vacuum erit aut finitum aut infinitum. Si finitum, oportet quod alicubi terminetur, et redibit eadem quaestio, utrum extra id possit aliquis manum extendere. Si autem sit infinitum, aut ergo ista potentia vacui erit frustra, aut oportebit ponere corpus infinitum, quod possit recipi in infinito vacuo. Item sit vacuum extra mundum, similiter se habet mundus ad aliam partem vacui sicut ad istam, in qua est mundus; ergo ista non est proprie locus ejus; nulla ergo est causa, quare in hac parte vacui maneat. Si autem mundus non feratur magis ad unam partem quam ad aliam, quia in vacuo non est differentia, fertur ergo ad omnem partem et ita mundus destruetur. De coelo et mundo I, lect. 21.

[3]) Die Gründe hiefür in Physic. IV, lect. 11 u. 14: 1) Ein natürliches Vacuum müßte die causa efficiens oder die causa finalis oder der Ort der Bewegung sein. Es kann nicht causa efficiens sein, weil jede Bewegung bestimmte Ursachen hat, das Vacuum aber seinem Begriffe zufolge die unbestimmte, indifferente Leere ist; nicht causa finalis, weil kein Grund vorhanden wäre, warum ein Körper sich gerade zu diesem oder jenem Puncte des Vacuum bewegen sollte; nicht Ort einer Bewegung, weil die potenziellen Theile des actuellen Ganzen, das an jenem Orte sich befände, vermöge ihres Durchdrungenseins vom Vacuum auch actuell sein müßten. 2) Jede Bewegung ist entweder natürlich oder gewaltsam. Die natürliche Bewegung folgt einem Zuge nach Oben oder Unten; in der allseits indifferenten Leere gibt es keinen solchen Zug. Die gewaltsame Bewegung ist Folge einer Repercussion oder eines Widerstandes; daran ist im Vacuum nicht zu denken, also auch

jeder einzelne Körper seinem Begriffe nach etwas Begränztes ist [1]), eine unendliche Menge solcher Körper aber nicht angenommen werden kann, da es überhaupt keine unendliche Vielheit gibt [2]). Der

---

diese Art der Bewegung aus demselben ausgeschlossen. 3) Vacua in den irdischen Körpern annehmen, hieße einen Ort im Orte annehmen; die Dichtigkeit und Schwere der irdischen Körper ist das directe Gegentheil des Vacuum; ein Vacuum im irdischen Körper sollte seiner Feinheit und Leichtigkeit willen nach Annahme der Gegner den Körper aufwärts treiben, und doch ist andererseits ein völlig Leeres gar keiner Bewegung fähig, und überhaupt kein Schnelligkeitsgrad seiner Bewegung im Vergleiche mit anderen mehr oder minder leichten Körpern denkbar.

[1]) Definitio corporis est, quod sit determinatum planitie i. e. superficie, sicut definitio lineae est, quod eidem termini sint puncta. Nullum autem corpus determinatum superficie est infinitum; ergo nullum corpus est infinitum neque sensibile, quod est corpus naturale, neque intelligibile, quod est corpus mathematicum. Zu diesem rationellen Grunde treten mehrere natürliche hinzu: 1) Ein unendlicher Körper müßte entweder einartig sein, oder das Gegentheil. Wäre er einartig, so müßte er entweder immerfort ruhen oder immerfort sich bewegen; ersteres, weil er keinen Raum zur Bewegung hätte, letzteres, weil er kein Ziel der Bewegung hätte. Beides streitet unter sich und mit dem Begriffe der Natur, die zumal Princip der Bewegung und Ruhe ist. Bestände der unendliche Körper aus Theilen verschiedener Art, so müßten diese Arten derselben entweder endlich oder unendlich sein. Sie könnten nicht sämmtlich endlich sein; die beiden äußersten müßten nothwendig unbegränzt sein (z. B. Erde und Feuer); wären sie dieß, so müßten die mittleren begränzten Körperarten von ihnen absolut überwältigt werden. Wären die Arten unbegränzt viele, so gäbe es auch unendlich viele Elemente und Arten der Orte; beides ist unmöglich. 2) Jeder wahrnehmbare Körper muß entweder schwer oder leicht sein, nach Oben oder nach Unten streben. Beides ist einem unendlichen Körper unmöglich; eben so wenig kann er, da er untheilbar ist, in eine leichte und schwere Hälfte geschieden werden. 3) Es gibt 6 Arten der Orte: Oben und Unten, Vorne und Hinten, Links und Rechts; dieß gilt von allen einzelnen Körpern und vom ganzen Universum. Ein unendlicher Körper läßt keine solchen örtlichen Bestimmungen an sich zu; also ist er unmöglich. 4) Ein unendlicher Körper heischt einen unendlichen Ort; jeder Ort muß aber als bestimmter Ort ein begränzter Ort sein; also ist ein unbegränzter Körper undenkbar.

[2]) Omne numerabile contingit numerari et per consequens numerando transiri; omnis autem numerus et omne quod habet numerum est numerabile; ergo omne hujusmodi contingit transiri; si igitur aliquis numerus sive separatus sive in sensibilibus existens sit infinitus, se-

Begriff des Raumes gehört nicht bloß der Mathematik, sondern auch der Physik an, weil er nicht bloß mathematische, sondern auch physikalische Eigenschaften hat. Die erste dieser Eigenschaften ist seine Unbeweglichkeit; der Raum ist unbeweglich nicht bloß wie die Flüssigkeit, welche im Gefäße trotz dessen Bewegung immer denselben Platz einnimmt, sondern er bleibt auch unbeweglich an derselben Stelle, wenn der Körper aus ihm heraustritt und einem anderen Platz macht [1]). Hieraus geht zugleich hervor, daß man den Raum nicht mit der Oberfläche des Körpers identificiren darf [2]). Man unterscheidet im physischen Raume als primären Gegensatz das Oben und Unten, welchem sich die übrigen Gegensätze der räumlichen Dimensionen unterordnen [3]); das unbewegliche Oben ist die äußerste

---

quetur quod possibile sit transire infinitum, quod est impossibile. Physic. III, l. 8.

[1]) Locus est immobilis non solum motu locati sed etiam motu continentis. Opusc. 52, de natura loci.

[2]) Propria ratio quantitatis, quae competit quantitati ut quantitas est, ratio est mensurae, propter quod Averroes dicit, quod quantitates sunt differentiae mensurarum. Alia est enim ratio aliquid mensurandi extrinsece et intrinsece; et ideo ultimum continentis, ut mensura est continentis intrinseca, dicitur superficies, ut autem mensura contenti et locáti extrinseca est locus. Et ideo superficies et locus, licet sint unum materialiter quantum ad id quod quodlibet est ultimum continentis, tamen diversae sunt species constitutae per diversas formales rationes. Ibidem.

[3]) Secundum Aristotelem in coelo distinguuntur sex positionis differentiae scil. sursum et deorsum, dextrorsum et sinistrorsum, ante et retro. Principium enim motus totius firmamenti manifeste apparet in oriente; est autem in quolibet animali principium motus a dextro. Si ergo imaginemur motum firmamenti, sicut motus unius animalis, oportebit ponere dextrum coeli in oriente, sinistrum vero in occidente, sursum in meridie, deorsum vero in septemtrione, anterius vero in superiori hemisphaerio, posterius vero in posteriori hemisphaerio i. e. velut si imaginemur unum hominem, quia sua dextera moveret coelum ab oriente versus superius hemisphaerium, consequens esset, quod caput teneretur versus meridiem et postea versus septemtrionem; et pars anterior hominis esset versus superius hemisphaerium; posterius vero hominis i. e. deorsum versus inferius. Quidam tamen non respicientes ad dispositionem humani corporis ad ordinem motus coeli, posuerunt superius coeli esse partem orientalem, eo quod ibi incipit motus;

Peripherie des Himmels, das Unten die Erde als unbewegliches Centrum dieser Peripherie [1]). Mit diesem Gegensatze hängt nun eine weitere Eigenschaft des physischen Raumes zusammen; er umschließt nicht nur die Körper, sondern er conservirt und formirt sie auch in Kraft der himmlischen Einflüsse, deren Wirksamkeit sich gemäß der Distanz der Räume bethätigt, woraus sich die allgemeinsten physikalischen Beschaffenheiten der Elemente und der aus ihnen zusammengesetzten Körper erklären [2]). Jedes Element erhält in Kraft dieser nach den Distanzen vom Himmel als locans primum bestimmten Einflüsse seinen bestimmten natürlichen, unveränderlich gegebenen Ort, die ihm eigenthümliche Sphäre, deren jede der nächst höheren eingeordnet ist, wie die gesammte irdische Weltsphäre dem Himmel, und in diesem jede Sphäre der nächst höheren, und so

---

dextrum autem coeli in parte meridionali, versus quam partem, quod ad nos procedunt motus planetarum, unde per oppositum inferius coeli intelligitur occidens; sinistrum autem coeli intelligitur pars septentrionalis, et hoc modo videntur hic procedere verba Job. Comm. in Job, c. 23, lect. 1.

[1]) Quia locus immobilis est, propter hoc medium coeli, quod est centrum, et ultima superficies corporis circularis, quae est coelum, sic se habent; quod hic dicitur sursum, illud vero deorsum, quae sunt duae loci differentiae; haec enim maxime manent immobilia. Opusc. 52.

[2]) In loco non est tantum continentia locati, sed est ibi virtus conservans et formans locatum. Et propter hoc dicit Alfarabius, quod causa quare ex hac parte materiae generatur terra, et ex alia aqua vel aër vel ignis, non est nisi locus cum virtute coelesti. Quia enim frigiditas tanta, quanta causatur ex distantia, quae est ex orbe usque ad centrum, invenit hanc partem materiae in loco terrae, propter hoc inspissat eam inspissatione vehementi, ita quod exprimit ex ea humidum et facit elementum siccum et frigidum, quod est terra. Frigiditas vero inspissans materiam, sic tamen quod non est ex ea exprimens humidum, sed faciens ad se fluere generat aquam, et haec frigiditas est solum in tanta distantia, quanta est locus aquae ab orbe. Caliditas enim non consumens humidum, sed secum compatiens generat aërem, quae quidem caliditas causatur ab orbe in tanta distantia quae est ejus ad locum aëris. Ignis enim cum sit summe calidus, generatur in loco immediato sphaerae lunae ex motu disgregante et calefaciente materiam. Hoc supposito intelligendum est, quod motus locati non est ad ipsam superficiem locantis propter superficiem, sed propter virtutem conservativam et formativam locati. Ibidem.

fort bis zum obersten und höchsten. Da die höchste von keiner anderen mehr umschlossen ist, so ist sie nicht mehr im Raume [1]), wenigstens nicht an sich, sondern per accidens, insofern nämlich in der Kreislinie, welche die Bewegungslinie der himmlischen Körper ist, alle aneinander gränzenden Theile einander wechselseitig umschließen [2]). Die immateriellen Substanzen aber sind als solche von keinem Raum umschlossen; vielmehr umfassen sie den Ort, an dem sie sind und wirken; so umschließt die Seele den Leib, der Engel das körperliche Object, auf welches er wirkt [3]), Gott aber alle Dinge [4]). Die Seelen und die Engel sind mit ihrer Gegen-

---

[1]) Cum locus sit terminus continentis, cuicunque corpori adjacet aliquod corpus continens ipsum exterius, hoc est in loco simpliciter et per se. Cui vero corpori non adjacet aliquod corpus exterius continens ipsum, minime est in loco. Tale autem corpus in mundo non est nisi unum, scil. ultima sphaera, quaecunque sit illa. Unde secundum hanc determinationem sequitur, quod ultima sphaera non sit in loco. Phys. IV, lect. 1.

[2]) Quaedam sunt per se in loco, sicut omne corpus, quod per se movetur in loco, vel secundum loci mutationem vel secundum augmentum; sed coelum i. e. ultima sphaera non est hoc modo in loco, cum nullum corpus contineat ipsum, sed secundum quod movetur circulariter, partibus sibi invicem succedentibus, sic et locus debetur partibus ejus in potentia, inquantum scil. una pars ejus est habita i. e. consequenter se habens ad aliam. Quaedam vero secundum accidens sunt in loco, sicut anima et omnes formae, et hoc etiam modo coelum sive ultima sphaera est in loco, inquantum omnes ejus partes sunt in loco, ex eo quod unaquaeque pars ejus continetur sub alia secundum circulationem. In corpore enim non circulari pars extrema remanet non contenta sed continens tantum. Sed in corpore circulari quaelibet pars est continens et contenta, in potentia tamen. Unde ratione omnium partium suarum corpus circulare est in loco. Et hoc accidit esse per accidens, sive per partes. Phys. IV, lect. 7.

[3]) Non oportet dicere quod angelus commensuretur loco, vel quod habeat situm in continuo; hoc enim convenit corpori locato, prout est quantum quantitate dimensiva. Similiter etiam non oportet propter hoc, quod contineatur a loco; nam substantia incorporea sua virtute contingens rem corpoream continet ipsam et non continetur ab ea; anima enim est in corpore ut continens et non ut contenta; et similiter angelus dicitur esse in loco corporeo non ut contentum sed ut continens aliquo modo. 1 qu. 52, art. 1.

[4]) 1 qu. 8, art. 1 ad 2dum.

wart und Wirksamkeit auf einen bestimmten Ort beschränkt, Gott aber ist schlechthin über den Raum erhaben [1]) und hat darum den Raum unbeschränkt in seiner Gewalt; er erfüllt alle Räume, indem er nicht nur allen Dingen in allen Räumen das Sein verleiht, sondern auch allen Räumen das Sein und die ihnen eignende Kraft (virtus locativa) verleiht [2]). Wie die Seele nach der Ganzheit ihres Wesens in jedem Theile des Körpers ist, so ist auch Gott als Ganzer an jedem Orte des Universums [3]), aber nicht in solcher Weise wie die Seele; die Seele ist in allen Theilen des Leibes als Essenz desselben, Gott in allen Theilen des Universums als causa essendi derselben [4]). Die Seele ist an den Ort ihres Körpers gebunden, weil sie das Wesen des Körpers ist; der Engel ist gleich Gott an keinen bestimmten Ort gebunden, aber er ist nicht wesenhaft an einem bestimmten Orte wie Gott und die Seele, sondern nur durch sein Wirken, und kann nicht wie Gott an mehreren Orten zugleich sein, sondern wie die Seele, nur an einem bestimmten Orte. Er muß daher, um von einem Orte zu dem anderen zu gelangen, von dem einen zu dem anderen sich bewegen, ohne aber in seiner Bewegung an die Continuität des Raumes gebunden zu sein, weil er an den Raum selbst nicht gebunden ist, indem nicht der Raum ihn, sondern er den Raum umschließt [5]).

---

[1]) Corpus est in loco circumscriptive, quia commensuratur loco; Angelus autem non circumscriptive, cum non commensuretur loco, sed definitive, quia ita est in uno loco, quod non est in alio; Deus autem neque circumscriptive, neque definitive, quia est ubique. 1 qu. 52, art. 2.

[2]) 1 qu. 8, art. 2.

[3]) Secundum se totum est ubique. 1 qu. 8, art. 4.

[4]) Deus dicitur esse in omnibus per essentiam, non quidem rerum, quasi sit de essentia rerum, sed per essentiam suam; quia substantia sua adest omnibus ut causa essendi. 1 qu. 8, art. 3.

[5]) Cum magnitudo sit divisibilis in infinitum, et puncta sint etiam infinita in potentia in qualibet magnitudine, sequitur quod inter quaelibet duo loca sint infinita loca media. Mobile autem infinitatem mediorum locorum non consumit nisi per continuitatem motus; quia sicut loca media sunt infinita in potentia, ita et in motu continuo est accipere infinita quaedam in potentia. Si ergo motus non sit continuus, omnes partes motus erunt numeratae in actu. Si ergo mobile quodcunque moveatur motu non continuo, sequitur quod vel non transeat omnia

Die Bewegung im Raume wird durch die Zeit gemessen, welche so gewiß eine von unserem Denken unabhängige Wirklichkeit hat, als eine Succession von Momenten in der räumlichen Bewegung unabhängig von unserem Denken statt hat [1]). Die Zahl dieser aufeinander folgenden Momente constituirt eine bestimmte Zeit; die Zeit ist also die Zahl der Bewegung rücksichtlich des Vorher und Nachher im Verlaufe der Bewegung [2]). In dem nothwendig zu unterscheidenden Vorher und Nachher dieses Verlaufes hat die Zeit ihr Sein, welches in einer fortwährenden Entäußerung und Alteration des untheilbaren Jetzt besteht [3]). Die Zeit ist somit die im

---

media, vel quod actu numeret media infinita; quod est impossibile. Sic igitur secundum quod motus angeli non est continuus, non pertransit omnia media. Hoc autem, scil. moveri de extremo in extremum et non per medium, potest convenire angelo, sed non corpori; quia corpus mensuratur et continetur sub loco, unde oportet quod sequatur leges loci in suo motu; sed substantia angeli non est subdita loco ut contenta, sed est superior eo ut continens; unde in potestate ejus est applicare se loco prout vult, vel per medium vel sine medio. 1 qu. 53, art. 2.

1) Cum numerus sit in rebus numeratis, sicut dependet esse rerum numeratarum ab intellectu numerante, ita et numerus. Esse autem rerum numeratarum non dependet ab intellectu nostro, sed ab intellectu qui est causa rerum, sicut est intellectus divinus. Ergo nec numerus rerum dependet ab intellectu nostro. Tempus autem numerus motus est, et ideo, sicut motus non dependet ab intellectu nostro, ita nec tempus. Opusc. 44, de tempore, c. 1.

2) Tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Ibid., c. 2.

3) Philosophus concludit (Phys. IV.) nunc et tempus esse simul sicut mobile et motus sunt simul; et constat quod motum esse ipsius mobilis est continuatio ipsius motus, non autem ipsum mobile; sed sicut mobile non separatur a moto esse nec a motu, sed semper sunt simul, ita etiam est de ipso nunc, quod ipsa diversa esse sunt essentiae ejus conjuncta. Unde haec diversa esse ei adjuncta erunt aliquid temporis, et non ipsum nunc, praeter quod tamen nihil temporis est. Ipsum vero instans quod in se alteratur diversa et diversa ratione quoad sua esse, est aliquid temporis, sed non tempus. Unde Philosophus ibidem, quum prius vocasset ipsum nunc numerum mobilis, subjungit nunc non comparari ad mobile sicut numerum sed sicut unitatem numeri, quam constat non esse numerum; sed ejus replicatio, quae est sibi alterum et alterum esse, est numerus. Ipsa autem replicatio unitatis non est

Flusse begriffene Gegenwart [1]). Die causa materialis der Zeit ist die Bewegung, von welcher sie den Charakter der in's Unendliche theilbaren Continuität hat; formaliter genommen oder als Zahl ist sie nothwendig immer eine discrete Größe, deren Zahl- oder Maaßeinheit von der gleichförmigen Bewegung des mobile primum hergenommen wird. Alles, was den motorischen Einflüssen des mobile primum unterworfen ist, unterliegt auch den Bestimmungen der Zeit, gehört der Zeit an und ist in seiner Dauer durch die Zeit eingegränzt. Aber nicht alles Überzeitliche ist als solches auch schon ewig. Denn außer den Bewegungen und Veränderungen, welche durch die motorischen Einflüsse des Himmels verursacht werden, gibt es noch andere Bewegungen und Veränderungen, denen die überirdischen Causalitäten selbst wieder unterworfen sind; sie sind zwar der Substanz nach unwandelbar, unzerstörbar und von unbegränzter Dauer, gleichwol aber accidentellen Änderungen unterworfen, die Gestirne rücksichtlich des Ortswechsels, die Engel hinsichtlich ihrer Geistesthätigkeiten und Willensentschließungen, welche letztere sich gleichfalls auf örtliche Bewegungen beziehen können. Nur Gott allein ist ewig, weil er weder substanziellen, noch accidentellen Veränderungen unterworfen ist [2]). Denn immerwährende Gegenwart

---

ipsa unitas, sed accidens ejus, licet ipsa quoque sit accidens. Opusc. 36, de instantibus, c. 3.

[1]) Solum illud mensuratur tempore, quod habet principium et finem in tempore, ut dicitur in IV. Physic. Unde si motus coeli semper duraret, tempus non mensuraret ipsum secundum suam totam durationem, cum infinitum non sit mensurabile, sed mensuraret quamlibet circulationem, quae habet principium et finem in tempore. 1 qu. 10, art. 4. Der Augenblick wird definirt: Id quod distinguit partes temporis ab invicem, est nunc, quod est principium temporis unius et finis alterius. Opusc. 36, c. 3.

[2]) Dicendum, quod cum aeternitas sit mensura esse permanentis, secundum quod aliquid recedit a permanentia essendi, secundum hoc recedit ab aeternitate. Quaedam autem sic recedunt a permanentia essendi, quod esse eorum est subjectum transmutationis, vel in transmutatione consistit; et hujusmodi mensurantur tempore, sicut omnis motus, et etiam esse omnium corruptibilium. Quaedam vero recedunt minus a permanentia essendi, quia esse eorum nec in transmutatione consistit, nec est subjectum transmutationis; tamen habet transmutationem adjunctam vel in actu vel in potentia; sicut patet in corporibus coelestibus,

ist nicht mit Ewigkeit gleichbedeutend, gleichwie auch ein substanziell unwandelbares Sein nicht eo ipso schon das schlechthin nothwendige Sein ist. Daher sich auch die Überzeitlichkeit (aeviternitas) eines Wesens ganz wol mit seiner creatürlichen Endlichkeit verträgt [1]). Die menschliche Seele ist nach ihrer sensiblen Seite wesentlich zeitlich, nach ihrem intellectiven Sein wesentlich überzeitlich; aber per accidens, nämlich in Rücksicht auf seine Thätigkeiten, ist auch der menschliche Intellect der irdischen Zeit unterworfen [2]), soweit nämlich das intelligere von der Mitwirkung der anima sensibilis abhängig ist [3]); und eben hiedurch ist auch seine Vorstellung von der Zeit bedingt [4]). Der Engel unterliegt durch seine Thätig-

---

quorum esse substantiale est intransmutabile; tamen esse intransmutabile habet cum transmutabilitate secundum locum; et similiter patet de angelis, quod si habent esse intransmutabile, quantum ad eorum naturam pertinet, cum transmutabilitate intelligentiarum et affectionum et locorum, suo modo; et ideo hujusmodi mensurantur aevo, quod est medium inter aeternitatem et tempus. Esse autem quod mensurat aeternitas, nec est mutabile nec mutabilitati adjunctum. Sic ergo tempus habet prius et posterius, aevum autem non habet in se prius et posterius, sed ei conjungi possunt; aeternitas autem non habet prius neque posterius, neque ea compatitur. 1 qu. 10, art. 5.

[1]) Nunc temporis est idem subjecto in toto tempore, sed differens ratione, eo quod sicut tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili; mobile autem est idem subjecto in toto decursu temporis, sed differens ratione, in quantum est hic et ibi; et ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc, secundum quod alternatur ratione, est tempus. Aeternitas autem manet eadem et subjecto et ratione; unde aeternitas non est idem, quod nunc temporis. 1 qu. 10, art. 4.

[2]) Intellectus est supra tempus, quod est numerus motus corporalium rerum. Sed ipsa pluralitas specierum intelligibilium causat vicissitudinem quamdam intelligibilium operationum, secundum quam una operatio est prior altera; et hanc vicissitudinem Augustinus nominat tempus, cum dicit (Gen. ad lit. VIII, c. 20 et 22), quod Deus movet creaturam spiritualem per tempus. 1 qu. 85, art. 4.

[3]) Intellectus abstrahit a phantasmatibus, et tamen non intelligit actu nisi convertendo se ad phantasmata. 1 qu. 85, art. 5.

[4]) In actionibus animae, licet non sit transmutatio ex parte ipsius animae, tamen est transmutatio ex parte phantasmatum, per quorum naturam in cogitationibus animae est continuum et tempus, sicut dicitur in tertio de anima; et ideo anima in suis cogitationibus percipit successionem

keiten dem Maaße der Zeit, seine Existenz ist überzeitlich, in der ewigen Anschauung Gottes hat er an der Ewigkeit Theil [1]). Während aber der menschliche Intellect in seinen Thätigkeiten dem Maaße der irdischen Zeit unterstellt ist, haben die Thätigkeiten des englischen Intellectes die himmlische Zeit zum Maaße, welche über unsere Vorstellung erhaben ist. Was zum Wesen der Zeit überhaupt gehört, nämlich die Succession, ist auch in der himmlischen Zeit. Aber die himmlische Zeit hat weder den Charakter der Continuität, noch schließt sie discrete Größen in sich; daher ist in ihr das Prius und Posterius durch kein Mittleres geschieden, sondern folgt unmittelbar aufeinander [2]). Der Denkact eines Engels ist in Beziehung auf seine

continuam, et apprehendit prius et posterius in ea; et in hoc consistit ratio temporis. Opusc. 36, c. 1.

[1]) Creaturae spirituales quantum ad affectiones et intelligentias, in quibus est successio, mensurantur tempore; unde et Augustinus dicit, quod per tempus moveri, est per affectiones moveri. Quantum vero ad esse eorum naturale mensurantur aevo. Sed quantum ad visionem gloriae participant aeternitatem. 1 qu. 10, art. 5.

[2]) In substantiis separatis quae non intelligunt cum continuo et phantasmate, non est tempus, in cujus diffinitione cadit motus, qui est subjectum temporis, a quo tempus habet, quod sit continuum. — — Sed quia ab non potest apprehendi nisi unum, oportet quod in apprehensione plurium cadat successio prioris et posterioris; sed totum hoc est discretum et non continuum, et tempus est in actionibus earum secundum similitudinem ejus quod est formale in eo, non autem secundum ejus materiale a quo habet esse continuum; ideo tempus quo mensuratur successio in actionibus angelorum est ex indivisibilibus, sicut numerus componitur ex unitatibus, quae sunt indivisibilia quaedam. Illa autem indivisibilia non pertinent ad genus quantitatis, sicut unitates pertinent..... Divisio enim et numerositas quae est in eis, est solutio formalis et nullo modo materialis, quum tot sint in eis species quot individua; et ideo multitudo quae est in eis est de transscendentibus..... Tempus autem, quod mensurat eorum actiones non est continuum nec numerus qui est quantitas discreta, quum ista oriatur a continua; sed est numerus qui est multitudo, quod est de transscendentibus et ex talibus indivisibilibus componi habet. Et ideo non oportet inter duas ejus actiones, quae perficiuntur in diversis indivisibilibus illius temporis aliquod medium cadere; possunt enim duae actiones immediate sibi succedere, sicut et duae unitates. Solum enim inter duo indivisibilia temporis nostri, quod ex talibus componi non potest, quum sit con-

Dauer mit einem menschlichen Denkacte nicht zu vergleichen; während des letzteren geht eine Zeit vorüber, weil einstweilen das primum mobile, dessen Bewegung das Maaß unserer Zeit ist, in seiner Bewegung weiter rückt; während des englischen Denkactes geht keine solche Zeit vorüber, weil er für seine immanenten Acte keinem solchen Maaße unterstellt ist [1]). In der Aufeinanderfolge mehrerer Denkacte aber bildet jeder einzelne Moment eine in sich untheilbare Einheit, und keiner ist die Continuation eines vorigen; sie zählen nicht in einer fortschreitenden Zahlenreihe, sondern sind wie die Theileinheiten einer Zahl, d. i. als ein Nacheinander ohne Verzug anzusehen [2]). Hieraus folgt, daß unsere irdische und jene himmlische Zeit sich aneinander nicht messen lassen, wol aber lassen sich beide von einem gemeinsamen Ersten ableiten, aus welchem beide ausfließen, nämlich von der Überzeitlichkeit [3]) als primitiver Zeiteinheit und analogischem Principe aller Zeit [4]).

---

tinuum, cadit medium; sed si ex eis componeretur tempus nostrum, nil caderet medium, quia partes rei immediate coirent; et ideo instantia in tempore nostro non sunt partes, quum sibi invicem immediate succedere non possint. Opusc. 36, c. 1.

[1]) Quum Angelus aliquod unum intelligit morose, nullus transitus est, sed est una particula ipsius temporis invisibilis quo mensuratur actio ejus, quaecunque mora fuerit in illud intelligendo. Non enim aliquid continuum, unum, uniforme est transitum habens, cujus illud sit mensura et accidens, ut apud nos; et ideo particulae illius temporis non habent transitum, nec a parte intelligibilium sibi succedentium, quum unum aliquid indivisibile intelligatur, nec a parte alicujus subjecti cujus existentia est in continuo motu et transitu; hoc autem imaginationem nostram transscendit, quia imaginatio nostra non transscendit continuum et tempus. Una ergo particula indivisibilis illius temporis manere potest cum multo tempore nostro, cujus tamen partes illi particulae commanere non possunt, nec tamen propter hoc est in illa particula successio vel continuatio aliqua, quum tempus illud non sit accidens alicujus in successione et continuitate existentis. Opusc. 36, c. 1.

[2]) Quum vero intelligibilia sibi succedunt, erit ibi tempus perfectum ex multis particulis indivisibilibus in se ipsis; et hae particulae non sunt instantia, quia nulla istarum est eadem in toto tali tempore sicut est instans temporis in tempore, nec aliqua istarum est continuatio temporis, sed quaelibet est pars sicut unitas numeri. Ibid., c. 4.

[3]) Instans, quod est quasi unitas ipsius primi mobilis, secundum Philosophum, non est instans aevi, quia instans aevi est aliud per essen-

Dasjenige, was dem Maaße der Zeit und des Raumes unterliegt, ist die Bewegung. Nun gibt es eine dreifache Bewegung im Raume: die kreisförmige, die geradlinige und eine gleichsam aus beiden zusammengesetzte dritte Bewegung. Letztere setzt zu ihrer Erklärung die beiden anderen voraus; unter diesen aber steht abermals die geradlinige der kreisförmigen nach. Denn einzig die Cirkelbewegung kann eine ununterbrochene und immerwährende sein, während die geradlinige gebrochen und unterbrochen werden muß, wenn sie in einer bestimmten Richtung an einer nothwendigen Gränze angelangt noch weiter sich fortsetzen soll [1]). Der in geradliniger

---

tiam ab instantibus continuantibus tempus; ab illo tamen ista derivantur et oriuntur. Sed ipsum est idem in essentia sua, in qua nulla cadit alteratio sicut in essentia primi mobilis; nec alterabitur etiam consequenter ad alterationem primi mobilis, quod alteratur secundum ubi; hoc est instans, quod nos vocamus aevum, quod est principium temporis. Unde Boëthius (de Consol. III.):

Terrarum coelique sator, qui tempus ab aevo
Ire jubes. . .

quia ab isto instanti procedit tempus sicut motus a mobili, non tanquam ab aliquo sui generis, sed exemplariter, sicut dicimus inferiora procedere a superioribus. Ideo subtiliter discernendum est inter ista duo nunc, quia primum nunc est mensura tantum, secundum vero etiam est accidens et ad genus temporis pertinens, ideo dicitur mensurare tempus. Opusc. 36, c. 3.

[1]) Deus perfecte comprehendit se ipsum. Quod sic patet. Tunc enim dicitur aliquid comprehendi, quando pervenitur ad finem cognitionis ipsius, et hoc est quando res cognoscitur ita perfecte sicut cognoscibilis est; sicut propositio demonstrabilis comprehenditur, quando scitur per demonstrationem, non autem quando cognoscitur per aliquam rationem probabilem. Manifestum est autem quod Deus ita perfecte cognoscit se ipsum sicut perfecte cognoscibilis est; est enim unumquodque cognoscibile secundum modum sui actus. Non enim cognoscitur aliquid secundum quod in potentia est, sed secundum quod est in actu, ut dicitur in IX. Metaph. Tanta est autem virtus Dei in cognoscendo, quanta est actualitas ejus in existendo; quia per hoc quod actu est et ab omni materia et potentia separatus, Deus cognoscitivus est. Unde manifestum est, quod tantum se ipsum cognoscit, quantum cognoscibilis est; et propter hoc se ipsum perfecte comprehendit. 1 qu. 14, art. 3.

[2]) Cum Deus in se omnes perfectiones contineat, comparatur Dei essentia ad omnes rerum essentias, non sicut commune ad propria, ut unitas ad numeros, vel centrum ad lineas; sed sicut perfectus actus ad imperfectos, ut si dicerem, homo ad animal, vel senarius qui est numerus perfectus, ad imperfectos sub ipso contentos. Manifestum est autem, quod per actum perfectum cognosci possunt actus imperfecti non solum in communi, sed etiam propria cognitione; sicut qui cognoscit hominem,

alle Formen der existirenden Dinge, sondern alle einzelnen wirklichen Dinge selber, weil er sich nicht nur als Ursache ihrer allgemeinen Formen erkennt, sondern auch als Ursache der Materie, in welcher die Formen sich individuiren [1]), und als Ursache der Individuation selber [2]). Man möchte vielleicht einwenden wollen, daß Gott aus sich die Materie nicht erkennen könne, da sie als reine Potenzialität das der göttlichen absoluten Actualität Unähnlichste sei; dabei würde aber übersehen, daß sie selbst als solche doch schon darum, weil sie überhaupt etwas ist, mit Gottes absolutem Sein eine, wenn auch allerschwächste Ähnlichkeit hat [3]). Gott weiß um

---

cognoscit animal propria cognitione; et qui cognoscit senarium, cognoscit trinarium propria cognitione. Sic igitur cum essentia Dei habeat in se quidquid perfectionis habet essentia cujuscunque rei alterius, et adhuc amplius, Deus in se ipso potest omnia propria cognitione cognoscere. Propria enim natura uniuscujusque consistit secundum quod per aliquem modum divinam perfectionem participat. Non autem Deus perfecte se ipsum cognosceret, nisi cognosceret quomodocunque participabilis est ab aliis sua perfectio. Nec etiam ipsam naturam essendi perfecte sciret, nisi cognosceret omnes modos essendi. Unde manifestum est quod Deus cognoscit omnes res propria cognitione, secundum quod ab aliis distinguuntur. 1 qu. 14, art. 6.

[1]) Cum Deus sit causa rerum per suam scientiam, in tantum se extendit scientia Dei, in quantum se extendit ejus causalitas. Unde cum virtus activa Dei se extendat non solum ad formas, a quibus accipitur ratio universalis, sed etiam usque ad materiam, necesse est quod scientia Dei usque ad singularia se extendat, quae per materiam individuantur. Cum enim sciat alia a se per essentiam suam, in quantum est similitudo rerum, velut principium activum earum, necesse est quod essentia ejus sit principium sufficiens cognoscendi omnia quae per ipsum fiunt, non solum in universali, sed etiam in singulari. Et esset simile de scientia artificis, si esset productiva totius rei, et non formae tantum. 1 qu. 14, art. 11.

[2]) Deus cognoscit alia, in quantum est causa eis. Effectus autem divini subsistentes sunt res singulares; hoc enim modo Deus causat res in quantum facit eas esse in actu. Universalia autem non sunt res subsistentes, sed habent esse solum in singularibus. Deus igitur cognoscit res alias a se non solum in universali, sed etiam in singulari. Gent. I, c. 65.

[3]) Materia, licet recedat a Dei similitudine secundum suam potentialitatem, tamen in quantum vel sic esse habet, similitudinem quamdam retinet divini esse. 1 qu. 14, art. 11.

die Dinge unmittelbar im Anschauen seiner eigenen Wesenheit als erster Ursache der Dinge; er erkennt sie deßhalb alle zugleich und mit einem Male [1]), jedes derselben ist ihm von Ewigkeit her vollkommen bekannt [2]). Da Gott die Dinge von Ewigkeit her erkennt, und sein Wissen um sie eine nothwendige Vorbedingung ihrer Existenz ist, so gibt es für sein Erkennen keinen Unterschied zwischen dem, was bereits ist, und dem, was noch nicht ist, aber sein wird; wol aber zwischen dem, was in die Wirklichkeit übertritt und demjenigen, was in der bloßen Seinsmöglichkeit verharrt; das eine ist für ihn Gegenstand der Anschauung, das andere Gegenstand eines einfachen Wissens ohne Anschauung [3]). Gegenstand des göttlichen Wissens ist Alles, was auf irgend eine Weise ist, also auch das Mögliche von was immer für einer Beschaffenheit und Art, weil es als solches etwas ist [4]). Das Wissen Gottes um das Zufällige nimmt diesem nicht den Charakter der Zufälligkeit; das Nothwendige in diesem Wissen ist nur die Untrüglichkeit des göttlichen Wissens [5]), welche durch die Contingenz des Vorausgewußten nicht

---

[1]) Deus omnia videt in uno, quod est ipse. Unde simul et non successive omnia videt. 1 qu. 14, art. 7.

[2]) Deus non cognoscit per causam quasi prius cognitam effectus incognitos, sed eos cognoscit in causa, unde ejus cognitio est sine discursu. Ibidem.

[3]) Horum, quae actu non sunt, est attendenda quodam diversitas. Quaedam enim, licet non sint nunc in actu, tamen vel fuerunt vel erunt; et omnia ista dicitur Deus scire scientia visionis. Quia cum intelligere Dei, quod est ejus esse, aeternitate mensuretur, quae sine successione existens totum tempus comprehendit, praesens intuitus Dei fertur in totum tempus, et in omnia quae sunt in quocunque tempore, sicut in subjecta sibi praesentialiter. Quaedam vero sunt, quae sunt in potentia Dei vel creaturae, quae tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt; et respectu horum non dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentiae. Quod ideo dicitur, quia ea, quae videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem. 1 qu. 14, art. 9.

[4]) Cum Deus sit ipsum esse, in tantum unumquodque est, in quantum participat de Dei similitudine; sicut unumquodque in tantum est calidum, in quantum participat calorem. Sic et ea, quae sunt in potentia, etiamsi non sunt in actu, cognoscuntur a Deo. Ibidem.

[5]) Quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animae, consequens est accipiendum non secundum quod in se est, sed

aufgehoben wird, weil dasselbe für Gott kein Zukünftiges ist, sondern als Gegenwärtiges vor seiner Anschauung steht [1]). Gott muß das Zufällige mit Gewißheit vorauswissen, weil er an den Dingen nicht bloß ihr Verhältniß zu ihren Ursachen, sondern auch ihr eigenes Sein erkennt, somit auch vom Zufälligen nicht bloß wissen muß, daß es zufällig ist, sondern weiters noch, ob es ist oder sein wird [2]). Ja selbst die vollkommene Kenntniß der auf das Sein

---

secundum quod est in anima. Aliud enim est esse rei in se ipsa, et esse rei in anima; ut puta si dicam: „si anima intelligit aliquid, illud est immateriale"; intelligendum est, quod illud est immateriale, secundum quod est in intellectu, non secundum quod est in seipso. Et similiter si dicam: „si Deus scivit aliquid, illud erit" consequens intelligendum est prout subest divinae scientiae, scil. prout est in sua praesentialitate. Et sic necessarium est, sicut et antecedens. Quia omne quod est, dum est, necesse est esse, ut dicitur in I. Periherm. 1 qu. 14, art. 13.

[1]) Contingens certitudini cognitionis non repugnat, nisi secundum quod futurum est, non autem secundum quod praesens est. Contingens enim, quum futurum est, potest non esse; et sic cognitio aestimantis ipsum futurum esse falli potest; falletur enim, si non erit quod futurum esse aestimavit. Ex quo autem praesens est, pro illo tempore non potest non esse; potest autem in futurum non esse; sed hoc non jam pertinet ad contingens prout praesens est, sed prout futurum est; unde nihil certitudini sensus deperit, quum quis videt currere hominem, quamvis hoc dictum sit contingens. Omnis igitur cognitio, quae supra contingens fertur prout praesens est, certa esse potest. Divini autem intellectus intuitus ab aeterno fertur in unumquodque eorum quae temporis cursu peraguntur, prout praesens est. Relinquitur igitur, quod de contingentibus nihil prohibet Deum ab aeterno scientiam infallibilem habere. Gent. I, c. 67.

[2]) Contingens a necessario differt secundum quod unumquodque in sua causa est. Contingens enim sic in sua causa est, ut non esse ex ea possit et esse; necessarium autem ex sua causa non potest non esse. Secundum id vero quod utrumque horum in se est, non differt quantum ad esse, supra quod fundatur verum; quia in contingenti, secundum id quod in se est, non est esse et non esse, sed solum esse, licet in futurum contingens possit non esse. Divinus autem intellectus ab aeterno cognoscit res, non solum secundum esse, quod habent in causis suis, sed etiam secundum esse, quod habent in se ipsis. Nihil igitur prohibet ipsum habere aeternam cognitionem de contingentibus infallibilem. Ibidem.

oder Nichtsein eines zufälligen Dinges Einfluß nehmenden Ursachen führt auf ein untrügliches, vollkommen sicheres Vorauswissen Gottes um die zufälligen Dinge [1]). Da die Dinge so beschaffen sein müssen, wie Gott sie erkennt, so ist sein Erkennen nothwendig wahr; und da in Gott Erkennen und Sein dasselbe sind, ist er die Wahrheit selbst, und demzufolge das Wahrste, was es gibt, und als solches die Ursache aller Wahrheit — wie alles Sein, so ist auch alles Wahrsein durch Gott [2]). Wie Gott als Erkennender die Wahrheit ist, so ist er als solcher auch das Leben [3]); denn das Erkennen ist die höchste Bethätigung des Lebens [4]), und diese fällt in Gott mit seinem Wesen in Eins zusammen [5]). Und da die göttlichen Gedanken

---

[1]) Sicut ex causa necessaria sequitur effectus certitudinaliter, ita ex causa contingenti completa, si non impediatur. Sed quum Deus cognoscat omnia, scit non solum causas contingentium, sed etiam ea quibus possunt impediri. Scit igitur per certitudinem an contingentia sint vel non sint. Ibidem.

[2]) Veritas invenitur in intellectu, secundum quod apprehendit rem ut est; et in re, secundum quod habet esse conformabile intellectui. Hoc autem maxime invenitur in Deo. Nam esse ejus non solum est conforme suo intellectui, sed etiam est ipsum suum intelligere; et suum intelligere est mensura et causa omnis alterius esse, et omnis alterius intellectus; et ipse est suum esse et intelligere. Unde sequitur quod non solum in ipso sit veritas, sed quod ipse sit ipsa summa et prima veritas. 1 qu. 16, art. 5.

[3]) Vitae nomen sumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod est movere seipsum; non tamen est impositum hoc nomen ad hoc significandum, sed ad significandam substantiam cui convenit secundum suam naturam movere se ipsam, vel agere se quocunque modo ad operationem. Et secundum hoc vivere nihil aliud est quam esse in tali natura, et vita significat hoc ipsum, sed in abstracto; sicut hoc nomen cursus significat ipsum currere in abstracto. Unde vivum non est praedicativum accidentale, sed substantiale. 1 qu. 18, art. 2.

[4]) Vivere dividitur per operationes quasdam, ut patet per Philosophum in II. de Anima, qui distinguit vivere per quatuor, scil. alimento uti, sentire, moveri secundum locum, et intelligere. Ibidem.

[5]) Illud cujus sua natura est ipsum ejus intelligere, et cui id quod naturaliter habet, non determinatur ab alio, hoc est, quod obtinet summum gradum vitae; tale autem est Deus; unde in Deo maxime est vita. Unde Philosophus in XII. Metaph. ostenso quod Deus sit intelligens, concludit quod habet vitam perfectissimam et sempiternam,

von den Dingen Eins sind mit der göttlichen Wesenheit, so haben auch die Dinge in Gottes Gedanken ein lebendiges, göttliches, ungeschaffenes Sein [1]), welches aber gleichwol nicht in jeder Weise ihr wahrstes Sein ist, da es in Gott bloß ideell existirt, und erst durch die Schöpfung actualisirt wird [2]).

Als Erkennender ist Gott auch ein Wollender. Indem Gott sich selbst als das vollkommenste Gut erkennt, muß er nothwendiger Weise sich auch als solches lieben; die Liebe setzt aber einen Willen voraus, also ist Gott nothwendig ein Wollender. Dasselbe ergibt sich aus seiner factischen Bethätigung als intellectiver causa prima; denn eine intellective Kraft handelt nur in Folge einer vorausgehenden Sollicitation eines intellectiven Begehrens, welches eben Wille heißt [3]). Man kann aber Gott kein Begehren beilegen, welches erst seiner Befriedigung harren müßte, da er in seiner absoluten Güte den Inbegriff alles Begehrenswerthen von Ewigkeit her besitzt [4]). Er hat daher auch kein Bedürfniß, außer sich etwas

quia intellectus ejus est perfectissimus et semper in actu. 1 qu. 18, art. 3.

[1]) Vivere Dei est ejus intelligere; in Deo autem est idem intellectus, et quod intelligitur, et ipsum intelligere ejus. Unde quidquid est in Deo ut intellectum, est ipsum vivere, vel vita ejus. Unde cum omnia quae facta sunt a Deo, sint in ipso ut intellecta, sequitur, quod omnia in ipso sunt ipsa vita divina. 1 qu. 18, art. 4.

[2]) Quia de ratione rerum naturalium est materia, dicendum, quod res naturales verius esse habent simpliciter in mente divina quam in se ipsis, quia in mente divina habent esse increatum, in se ipsis autem esse creatum; sed esse hoc, utpote homo, vel equus, verius habent in propria natura quam in mente divina, quia ad veritatem hominis pertinet esse materiale, quod non habent in mente divina; sicut domus nobilius esse habet in mente artificis quam in materia; sed tamen verius dicitur domus quae est in materia, quam quae est in mente; quia illa est domus in actu, haec autem domus in potentia. 1 qu. 18, art. 4.

[3]) Opusc. 2, c. 32.

[4]) Voluntas in nobis pertinet ad appetitivam partem; quae licet ab appetendo nominetur, non tamen hunc solum habet actum, ut appetat quae non habet; sed etiam, ut amet quod habet, et delectetur in illo; et quantum ad hoc voluntas in Deo ponitur, quae semper habet bonum, quod est ejus objectum, cum sit indifferens ab eo secundum essentiam. 1 qu. 19, art. 1.

zu wollen; daß er dennoch etwas Anderes außer sich will, ist ausschließlich nur Folge seiner unübertrefflichen Vollkommenheit [1]), in welcher als solcher gleichsehr das Selbstgenügen Gottes wie sein Wollen eines Anderen außer sich gegründet ist. Gott nimmt das Motiv zum Wollen eines Anderen außer sich nur von der Rücksicht auf sich selbst; es steht in seiner Wahl, sich durch dasselbe bestimmen zu lassen oder nicht [2]); die freiwillige Entscheidung causirt einen unwiderruflichen Entschluß [3]). Hieraus folgt aber, daß für Gott das Wollen eines Anderen außer sich eine hypothetische Nothwendigkeit ist, und zwar von Ewigkeit her; denn da in Gott vermöge seiner absoluten Actualität Sein und Thätigkeit, mithin auch Sein und Wollen zusammenfällt [4]), so muß auch sein Wille gleich seinem Wesen unveränderlich derselbe sein. Daß sich Gott das wahlfreie Wollen eines Anderen außer sich von Ewigkeit her zur hypothetischen Nothwendigkeit macht, hat seinen Grund in der nothwendigen Liebe Gottes zu sich selbst; was man liebt, will man auf alle Weise fördern und mehren; dieß ist aber für Gott, dessen Wesen keines Zuwachses und keiner Mehrung fähig ist, nur durch eine vielfältige Nachbildung und Nachahmung seiner unerreichbaren Trefflichkeit in den Creaturen möglich [5]). Zudem ist in der Liebe Gottes zu sich

---

[1]) Ex hoc quod voluntati divinae sufficit sua bonitas, non sequitur quod nihil aliud velit, sed quod nihil aliud vult nisi ratione suae bonitatis. Sicut etiam intellectus divinus licet sit perfectus ex hoc quod essentiam divinam cognoscit, tamen in ea cognoscit alia. 1 qu. 19, art. 2.

[2]) Ad opposita se habet, in quantum velle potest hoc esse vel non esse; sicut et nos possumus velle sedere et non velle sedere. 1 qu. 19, art. 10.

[3]) Cum bonitas Dei sit perfecta, et esse possit sine aliis, cum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur quod alia se eum velle non sit necessarium absolute, et tamen necessarium est ex suppositione. Supposito enim quod velit, non potest non velle, quia non potest voluntas ejus mutari. 1 qu. 19, art. 3.

[4]) Quum omne agens agat in quantum actu est, oportet quod Deus, qui est actus purus, per suam essentiam agat. Oportet igitur quod Deus per essentiam suam sit volens. Sua igitur voluntas est sua essentia. Gent. I, c. 73.

[5]) Unusquisque ejus quod est propter seipsum ab ipso volitum et amatum, perfectionem desiderat; quae enim propter se amamus, volumus esse optima et semper meliora, et multiplicari, quantum possibile est. Ipse

auch schon das Wollen der Creaturen enthalten, weil diese urbildlich in seinem Wesen enthalten sind [1]). Indem also Gott sich will, will er auch die Creaturen, und zwar durch denselben Act, durch welchen er sich will; durch denselben Act, durch welchen er sich denkt und will, denkt und will er sich als absoluten Zweck aller Creaturen [2]), und jeder einzelnen im Besonderen, daher auch jede Creatur eigentlich nur seinem Sichwollen, d. i. dem absoluten Willen als solchem ihr Dasein verdankt [3]), wenn schon in diesen absoluten Willen auch die Bestimmung jeder einzelnen Creatur für andere nähere und entferntere Zwecke im Zusammenhange der Dinge mit aufgenommen ist [4]). Da zur Vollständigkeit der Ordnung der Welt

---

autem Deus suam essentiam propter seipsam vult et amat; non autem secundum se augmentabilis et multiplicabilis est secundum suam similitudinem quae a multis participatur. Vult igitur Deus rerum similitudinem ex hoc quod suam essentiam et perfectionem vult et amat. Gent. I, c. 75.

[1]) Deus volendo se vult omnia quae in ipso sunt. Omnia autem quodammodo praeexistunt in ipso per proprias rationes. Deus igitur volendo se etiam alia vult. Ibidem.

[2]) Quanto aliquid est perfectionis virtutis, tanto sua causalitas ad plura se extendit et in magis remota. Causalitas autem finis in hoc consistit, quod propter ipsum alia desiderantur. Quanto igitur finis est perfectior et magis volitus, tanto voluntas volentis finem ad plura extenditur ratione finis illius. Divina autem essentia est perfectissima in ratione bonitatis et finis. Igitur diffundet suam causalitatem maxime ad multa, ut propter ipsam multa sint volita, et praecipue a Deo, qui eam secundum totam suam virtutem perfecte vult. Ibidem.

[3]) Si aliquis uno actu velit finem et alio actu ea quae sunt ad finem, velle finem erit ei causa volendi ea quae sunt ad finem. Sed si uno actu velit finem et ea quae sunt ad finem, hoc esse non poterit; quia idem non est causa ipsius. Et tamen erit verum dicere quod ea quae sunt ad finem, velit ordinare in finem. Deus autem, sicut uno actu omnia in essentia sua intelligit, ita uno actu vult omnia in sua bonitate. Unde sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus, sed ipse intelligit effectus in causa; ita velle finem non est ei causa volendi ea quae sunt ad finem; sed tamen vult ea quae sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc. 1 qu. 19, art. 5.

[4]) Cum velit Deus effectus sic esse, ut ex causis certis proveniant, ad hoc quod servetur ordo in rebus; non est supervacuum etiam cum

auch contingente Ursachen gehören, so will Gott auch diese, und weil er sie will, darum sind sie und die Zufälligkeit ihrer Wirkungen nothwendig vorhanden [1]). Mit der Contingenz des Seins oder Wirkens ist nothwendig auch eine entsprechende Defectibilität des Seins und Wirkens verbunden, die als solche ein Übel ist, und daher auch als solche vermöge der Tendenz des göttlichen Willens auf das Gute von ihm nicht intendirt sein kann. Ist das Übel nicht als solches, d. i. um seiner selbst willen gewollt, und ist es andererseits dennoch vorhanden, so kann es nur per accidens, nämlich um des Guten willen von Gott beabsichtigt sein. Das sittlich Böse aber kann wegen seines absoluten Widersatzes zum Guten von Gott gar nicht intendirt sein [2]), ist also ausschließlich nur vermöge einer Zulassung Gottes vorhanden. Man kann nicht sagen, daß der absolute und absolut auf das Gute gerichtete Wille Gottes durch eine solche Zulassung sich selbst aufhebe und mit sich

---

voluntate Dei alias causas quaerere. Esset tamen supervacuum, si aliae causae quaerentur ut primae et non dependentes a divina voluntate. 1 qu. 19, art. 5.

[1]) Cum aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam, non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi vel essendi. Ex debilitate enim virtutis activae in semine contingit quod filius nascitur dissimilis patri in accidentibus quae pertinent ad modum essendi. Cum igitur voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea quae Deus vult fieri, sed et quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult. Vult autem quaedam Deus necessario, quaedam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum universi. Et ideo quibusdam effectibus aptavit causas necessarias, quae deficere non possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt; quibusdam autem aptavit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingenter proveniant. Non igitur propterea effectus voliti a Deo eveniunt contingenter, quia causae proximae sunt contingentes; sed propterea, quia Deus voluit eos contingenter evenire, contingentes causas ad eos praeparavit. 1 qu. 19, art. 8.

[2]) Nullum bonum Deus magis vult, quam suam bonitatem; vult tamen aliquod bonum magis quam aliud quoddam bonum. Unde malum culpae, quod privat ordinem ad bonum divinum, Deus nullo modo vult; sed malum naturalis defectus vel malum poenae vult, volendo aliquod bonum cui conjungatur tale malum; sicut volendo justitiam vult poenam, et volendo ordinem naturae servari, vult quaedam naturaliter corrumpi. 1 qu. 19, art. 9.

in Widerspruch setze; ein Widerspruch oder unlösbarer Gegensatz wäre nur dann vorhanden, wenn demselben Willen, der das Gute intendirt, zugleich eine auf das Böse gerichtete Tendenz eigen wäre [1]). Der göttliche Wille ist als ein guter Wille wesentlich ein gerechter und erbarmender Wille, und offenbart sich als solchen in jeder seiner Bethätigungen. Gerecht sein, heißt Jedem nach Gebühr das Seine geben [2]). Nun gebührt es sich vor Allem, daß Gott das Seine werde; deßhalb gibt Gott allen seinen Willensbethätigungen zuhöchst die Beziehung auf sich selbst. Diese Beziehung bringt es aber von selbst mit sich, daß Gott seinen Werken dasjenige ertheile, und sie auf solche Weise ordne, was und wie sich zur Repräsentation Gottes als höchsten Zweckes aller Dinge ziemt [3]). Das Princip der Ordnung

---

1) Licet mala fieri et mala non fieri contradictorie opponantur; tamen velle mala fieri et velle mala non fieri non opponuntur contradictorie, cum utrumque sit affirmativum. Deus igitur neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri, et hoc est bonum. Ibidem.

2) Actus justitiae est reddere debitum. 1 qu. 21, art. 1.

3) Unicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicujus quod ad ipsum ordinatur, sicut est servus domini. — — Est autem duplex ordo considerandus in rebus. Unus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum, sicut partes ordinantur ad totum, et accidentia ad substantias, et unaquaeque res ad suum finem. Alius ordo, quo omnia creata ordinantur in Deum. Sic igitur et debitum attendi potest dupliciter in operatione divina: aut secundum quod aliquid debetur Deo, aut secundum quod aliquid debetur rei creatae; et utroque modo Deus debitum reddit. Debitum enim est Deo, ut impleatur in rebus id quod ejus sapientia et voluntas habet, et quod suam bonitatem manifestat; et secundum hoc justitia Dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi, quod sibi debetur. Debitum est etiam alicui rei creatae quod habeat id quod ad ipsam ordinatur; sicut homini quod habeat manus, et quod ei alia animalia serviant; et sic etiam Deus operatur justitiam, quando dat unicuique quod ei debetur secundum rationem suae naturae et conditionis. Sed hoc debitum dependet e primo; quia hoc unicuique debetur quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem divinae sapientiae. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor; quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo justitia quandoque dicitur in Deo condecentia suae bonitatis, quandoque vero retributio pro

ist die göttliche Weisheit [1], die das rechte Maaß der Vertheilung bestimmt; da aber diese mit dem göttlichen Willen wesenhaft identisch ist, so ist auch die Gerechtigkeit des göttlichen Willens nichts Anderes, als die das Sein der Dinge nach sich bestimmende göttliche Wahrheit [2]. Der gerechte Wille Gottes, der Allem nach Gebühr gibt, kann aber in Beziehung auf alle Dinge außer ihm nicht anders, denn zugleich als barmherziger Wille gedacht werden. Denn erstlich ist das Sein der Dinge, die sachliche Voraussetzung der ihnen zugetheilten Gebühr, rein nur aus souverainer, d. i. von der Macht der Dinge unabhängiger Selbstentschließung der göttlichen Güte herzuleiten; zweitens theilt diese in ihrer überfließenden Fülle und Freigebigkeit den Dingen mehr mit, als diesen nach strengem Maaße zukommt [3]. Da nun Gerechtigkeit und Güte dem göttlichen Willen

---

meritis. Et utrumque modum tangit Anselmus dicens..... 1 qu. 21, art. 1.

[1] Cum bonum intellectum sit objectum voluntatis, impossibile est Deum velle, nisi quod ratio suae sapientiae habet. Quae quidem est sicut lex justitiae, secundum quam ejus voluntas recta et justa est. Ibidem.

[2] Veritas consistit in adaequatione intellectus et rei. Intellectus autem, qui est causa rei, comparatur ad ipsam sicut regula et mensura.... Justitia igitur Dei, quae constituit ordinem in rebus conformem rationi sapientiae suae, quae est lex ejus, convenienter veritas nominatur. 1 qu. 21, art. 2.

[3] Opus divinae justitiae semper praesupponit opus misericordiae et in eo fundatur. Creaturae enim non debetur aliquid, nisi propter aliquid in ea praeexistens vel praeconsideratum. Et rursus si illud creaturae debetur, hoc erit propter aliquid prius. Et cum non sit procedere in infinitum, oportet devenire ad aliquid quod ex sola bonitate divinae voluntatis dependeat, quae est ultimus finis; utpote si dicamus, quod habere manus debitum est homini propter animam rationalem, animam vero rationalem habere ad hoc quod sit homo, hominem vero esse propter divinam bonitatem. Et sic in quolibet opere Dei apparet misericordia quantum ad primam radicem ejus; cujus virtus salvatur in omnibus consequentibus, et etiam vehementius in eis operatur, sicut causa primaria vehementius influit quam causa secunda; et propter hoc etiam ea quae alicui creaturae debentur, Deus ex abundantia suae bonitatis largius dispensat quam exigat proportio rei. Minus enim est quod sufficeret ad conservandum ordinem justitiae, quam quod divina bonitas confert quae omnem proportionem creaturae excedit. 1 qu. 21, art. 4.

gleich wesentlich eigen sind, so offenbaren sich beide in jeder Bethätigung des göttlichen Willens, und jede Offenbarung seiner Gerechtigkeit ist zugleich auch eine Offenbarung seiner Barmherzigkeit, und umgekehrt jede Erweisung seiner Barmherzigkeit auch ein Act seiner Gerechtigkeit [1]).

Was Gott will, das kann er auch; er ist als absolute Form das absolute Können, welches mit dem göttlichen Erkennen und Wollen in unzertrennlicher Verbindung steht [2]). Eigentlicher gesagt ist das göttliche Erkennen und Wollen als wirkendes Princip selber schon das absolute Können [3]). Dem absoluten Können ist als solchem Alles möglich, was überhaupt an sich möglich ist [4]) und nicht die Vollkommenheit des absoluten Könnens selber wieder aufhebt [5]); das göttliche Können greift daher über den Umfang alles creatürlichen Könnens schlechthin hinaus, schließt aber dessen Unvollkommenheiten schlechthin von sich aus. Wie jedes beschränkte

---

[1]) Quaedam opera attribuuntur justitiae, et quaedam misericordiae, quia in quibusdam vehementius apparet justitia, in quibusdam misericordia. Et tamen in damnatione reproborum apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans sed aliqualiter allevans, dum punit citra condignum; et in justificatione impii apparet justitia, dum culpas relaxat propter dilectionem, quam tamen ipse misericorditer infundit; sicut de Magdalena legitur Luc. 7, 47: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Ibidem.

[2]) Potentia non ponitur in Deo ut aliquid differens a scientia et voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, in quantum scilicet potentia importat rationem principii exequentis id quod voluntas imperat et ad quod scientia dirigit; quae tria Deo secundum idem conveniunt. 1 qu. 25, art. 1.

[3]) Ipsa scientia vel voluntas divina, secundum quod est principium effectivum, habet rationem potentiae. Unde consideratio scientiae et voluntatis praecedit in Deo considerationem potentiae, sicut causa praecedit operationem et effectum. Ibidem.

[4]) Dicitur autem aliquid possibile vel impossibile, absolute ex habitudine terminorum. Possibile quidem absolute, quia praedicatum non repugnat subjecto, ut Socratem sedere; impossibile vero absolute, quia praedicatum repugnat subjecto, ut hominem esse asinum. 1 qu. 25, art. 3.

[5]) Peccare est deficere a perfecta actione; unde posse peccare est posse deficere in agendo, quod repugnat omnipotentiae. Et propter hoc Deus peccare non potest, quia est omnipotens. Ibidem.

Sein nur etwas Bestimmtes ist, so ist ihm auch nur etwas Bestimmtes möglich. Gott ist aber das unbegränzte Sein, darum ist auch sein Wirkungsvermögen unbeschränkt — wie er selbst Alles ist, so vermag er Alles, was sein kann [1]). Aber er kann seine eigene Vollkommenheit und Güte in seinem Wirken nicht erschöpfen, da seine Werke vermöge ihrer nothwendigen Zweckbestimmtheit etwas Begränztes sind; darum sind neben allen wirklichen Hervorbringungen Gottes noch andere denkbar, und liegen darum auch im Wissen und Können Gottes. Es läge daher in Gottes Macht, eine ganz andere Ordnung der Dinge zu gründen, als die thatsächlich vorhandene ist [2]), es läge auch in seinem Vermögen, zu den schon

---

[1]) Cum unumquodque agens agat sibi simile, unicuique potentiae activae correspondet possibile ut objectum proprium secundum rationem illius actus in quo fundatur potentia activa; sicut potentia calefactiva refertur ut ad proprium objectum ad esse calefactibile. Esse autem divinum, super quod ratio divinae potentiae fundatur, est esse infinitum, non limitatum ad aliquod genus entis, sed praehabens in se totius esse perfectionem. Unde quidquid habet vel habere potest rationem entis, continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens. Nihil autem opponitur rationi entis nisi non ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis absoluti, quod subditur divinae omnipotentiae, quod implicat in se esse et non esse simul; hoc enim omnipotentiae non subditur, non propter defectum divinae potentiae, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis. Quaecunque igitur contradictionem non implicant, sub illis possibilibus continentur, respectu quorum dicitur Deus omnipotens. Ea vero quae contradictionem implicant, sub divina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Unde convenientius dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus ea non possit facere. Neque hoc est contra verbum Angeli dicentis: „Non erit impossibile apud Deum omne verbum;“ id enim quod contradictionem implicat, verbum esse non potest, quia nullus intellectus potest illud concipere. Ibidem.

[2]) Ordo a divina sapientia rebus inditus, in quo ratio justitiae consistit, non adaequat divinam sapientiam sic, ut divina sapientia limitetur ad hunc ordinem. Manifestum est autem, quod tota ratio ordinis quam sapiens rebus a se factis imponit, a fine sumitur. Quando igitur finis est proportionatus rebus propter finem factis, sapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordinem. Sed divina bonitas est finis improportionaliter excedens res creatas. Unde divina sapientia non

vorhandenen Geschöpfen neue vollkommenere hinzuzufügen; aber undenkbar ist es, daß er irgend etwas von dem, was er bewirkt, als solches nach seiner wesentlichen Beschaffenheit besser machen könnte, als er es wirklich macht, weil jedes seiner Werke ein Werk der vollkommensten Weisheit und des besten Willens ist [1]).

Im Besitze aller möglichen Vollkommenheit ist Gott auch vollkommen in sich befriedigt und darum selig [2]). Da er die Vollkommenheit selber ist, so ist er auch die Seligkeit selber [3]); und aus demselben Grund, wie der Quell aller Seligkeit, so auch das höchste absolute Ziel aller nach Seligkeit begehrenden Wesen. Nun ist aber die Seligkeit als Besitz eines universellen Gutes wesentlich durch die Intellectualität des Subjectes der Seligkeit bedingt; daher ist sowol die Seligkeit Gottes, wie der in der Anschauung Gottes seligen Creaturen in die vollkommene intellectuelle Actualität zu setzen [4]).

---

determinatur ad aliquem ordinem rerum, ut non possit alius cursus rerum effluere. Unde dicendum est simpliciter, quod Deus potest alia facere quam quae facit. 1 qu. 25, art. 5.

[1]) Cum dicitur Deum posse aliquid facere melius quam facit, si »melius« sit nomen, verum est; qualibet enim re potest facere aliam meliorem. Eandem vero potest facere meliorem quodam modo, et quodam modo non. Si vero »melius« sit adverbium et importet modum ex parte facientis, sic Deus non potest facere melius quam sicut facit; quia non potest facere ex majori sapientia et bonitate. Si autem importet modum ex parte facti, sic potest facere melius; quia potest dare rebus a se factis meliorem modum essendi quantum ad accidentalia, licet non quantum ad essentialia. 1 qu. 25, art. 6.

[2]) Per beatitudinem desiderium omne quietatur, quia ea habita non restat aliud desiderandum, quum sit ultimus finis. Oportet igitur eum esse beatum qui perfectus est, quantum ad omnia quae desiderare potest; unde Boëtius dicit (Consol. III, 2), quod beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus. Sed talis est divina perfectio, quae omnem perfectionem in quadam simplicitate comprehendit. Ipse igitur vere beatus est. Gent. I, c. 100.

[3]) Beatitudo, quum sit ultimus finis, id est quod quilibet natus est habere, vel habens principaliter vult. Ostensum est autem, quod Deus principaliter vult suam essentiam. Sua igitur essentia est sua beatitudo. Gent. I, c. 101.

[4]) Beatitudo significat bonum perfectum intellectualis creaturae; et inde est, quod sicut unaquaeque res appetit suam perfectionem, ita et in-

Damit ist nun unsere auf Vernunftnothwendigkeit beruhende Erkenntniß des göttlichen Seins und Wesens abgeschlossen. Nun werden unsere Erkenntnisse über Gott durch Worte ausgedrückt; daher muß sich die charakteristische Eigenheit der menschlichen Gotteserkenntniß in unserem Sprechen über Gott reflectiren. Da wir das Wesen Gottes nicht fassen können, so kann es auch kein Wort geben, welches auszudrücken vermöchte, was Gott an sich ist; in diesem Sinne ist also Gott namenlos und unaussprechlich [1]). Daraus folgt aber nicht, daß es gar kein bezeichnendes Wort für Gottes Wesen gebe; denn Gottes Wesen schließt die Vollkommenheiten aller Dinge in sich, kann also nach diesen ihm mit den Creaturen gemeinsamen Vollkommenheiten bezeichnet werden. Einige dieser Vollkommenheiten werden Gott im eigentlichen Sinne beigelegt, andere können ihm nur in uneigentlichem, metaphorischem Sinne beigelegt werden. Im eigentlichen Sinne werden von Gott solche Vollkommenheiten ausgesagt, deren Begriff keinen Mangel und keine Beschränkung involvirt, als da sind: Denken, Leben, Wollen, Güte; ja sie werden von Gott im eigentlicheren Sinne (magis proprie) ausgesagt, als von den Creaturen, weil sie Gott per prius und in ausgezeichneterer Weise zukommen, als den Creaturen [2]). Sofern man dasjenige im Auge hat, was man Gott beilegt, wird

---

tellectualis natura naturaliter appetit esse beata. Id autem quod est perfectissimum in qualibet actuali natura, est intellectualis operatio secundum quam capit quodam modo omnia. Unde cujuslibet intellectualis naturae creatae beatitudo consistit in intelligendo. In Deo autem non est aliud esse et intelligere secundum rem, sed tantum secundum intelligentiae rationem. Attribuenda ergo est Deo beatitudo secundum intellectum, sicut et aliis beatis, qui per assimilationem ad beatitudinem ipsius beati dicuntur. 1 qu. 26, art. 2.

[1]) Deus in hac vita non potest a nobis videri per suam essentiam, sed cognoscitur a nobis ex creaturis secundum habitudinem principii et per modum excellentiae et remotionis. Sic igitur potest nominari a nobis ex creaturis; non tamen ita quod nomen significans ipsum exprimat divinam essentiam secundum quod est; sicut hoc nomen »homo« exprimit sua significatione essentiam hominis, secundum quod est; significat enim ejus definitionem declarantem ejus essentiam; ratio enim quam significat nomen, est definitio. 1 qu. 13, art. 1.

[2]) 1 qu. 13, art. 3.

Gott am eigentlichsten als der Seiende (qui est) bezeichnet [1]); der Name Deus hingegen [2]) drückt bezeichnender die nach ihrer Bethätigung charakterisirte Wesenheit Gottes aus [3]), eine eigentliche Bezeichnung Gottes ist das Tetragrammaton [4]). Da aber alle eigentlichen Bezeichnungen, welche Gott mit den Creaturen gemein hat, von beiden weder in univokem Sinne, noch auch in bloß äquivoker Weise gelten, so können sie nur analogisch genommen werden, so zwar, daß sie dem Ausdrucke nach zuerst von den Creaturen, und

[1]) Hoc nomen »qui est« triplici ratione est maxime proprium nomen Dei. Primo quidem propter sui significationem. Non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Unde cum esse Dei sit ipsa ejus esssentia, et hoc nulli alii conveniat, manifestum est, quod inter alia nomina hoc maxime proprie nominat Deum; unumquodque enim denominatur a sua forma. Secundo propter ejus universalitatem. Omnia enim alia nomina sunt vel minus communia, vel si convertantur cum ipso, tamen addunt aliquid supra ipsum secundum rationem. Sed hoc nomen »qui est« nullum modum essendi determinat, sed se habet indeterminate ad omnes, et ideo nominat ipsum pelagus substantiae infinitum. Tertio vero ex ejus consignificatione; significat enim esse in praesenti, et hoc maxime proprie de Deo dicitur, cujus esse non novit praeteritum vel futurum, ut dicit Augustinus in V. de Trin. 1 qu. 13, art. 11.

[2]) Dicit Damascenus, quod Deus dicitur a θεῖν quod est curare et fovere universa; vel ab αἴθειν i. e. ardere; Deus enim noster ignis consumens est; vel a θεᾶσθαι quod est considerare omnia. 1 qu. 13, art. 8.

[3]) Quia Deus non est notus nobis in sui natura, sed innotescit nobis ex operationibus vel effectibus ejus; ex his possumus eum nominare. Unde hoc nomen »Deus« est nomen operationis, quantum ad id a quo imponitur ad significandum. Imponitur enim hoc nomen ab universali rerum providentia. Omnes enim loquentes de Deo hoc intendunt nominare Deum, quod habet providentiam universalem de rebus; unde dicit Dionysius, quod Deitas est quae omnia videt providentia et bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomen »Deus« assumtum, impositum est ad significandam divinam naturam. 1 qu. 13, art. 8.

[4]) Hoc nomen »qui est« est magis proprium nomen Dei quam hoc nomen »Deus« quantum ad id a quo imponitur, scil. ab esse, et quantum ad modum significandi et consignificandi. Sed quantum ad id, quod significandum imponitur nomen, est magis proprium hoc nomen »Deus«, quod imponitur ad significandum naturam divinam; et adhuc magis proprium nomen est tetragrammaton, quod est impositum ad significandam ipsam Dei substantiam incommunicabilem et singularem. 1 qu. 13, art. 11.

abgeleiteter Weise von Gott —, sachlich aber per prius von Gott und erst abgeleiteter Weise von den Creaturen gelten [1]). Andere Vollkommenheiten aber, welche den Creaturen als solchen angehören, und das Wesen einer bestimmten Species oder die darin begründeten Eigenheiten einer bestimmten Sache ausdrücken, können von Gott nur metaphorisch ausgesagt werden. Dagegen gibt es wieder gewisse Vollkommenheiten, welche ausschließlich Gott angehören, insofern er über alle genera erhaben ist; so wenn er als schlechthin höchstes Gut, schlechthin erste Ursache u. s. w. bezeichnet wird. Wie nun keine dieser Bezeichnungen ihrem Sinne nach alles über Gott zu Sagende erschöpft und deßhalb durch alle anderen noch möglichen ergänzt werden muß [2]), so ist jeder sprachliche Ausdruck seiner Natur nach unvollkommen, wenn das menschliche Wort sich nach dem menschlichen Intellecte richtet, und daher die Dinge so ausdrückt, wie der Verstand sie auffaßt. Nun kann sich der Intellect, dessen objecta propria die Sinnendinge sind, nirgends über den modus erheben, nach welchem er die Sinne auffassen muß. Er muß an ihnen Materie und Form unterscheiden; faßt er sie concret auf, so denkt er etwas Zusammengesetztes; faßt er einfach die Form auf, so muß er sie von der Materie abstrahiren. Demzufolge bedeutet auch jeder concrete Ausdruck etwas Zusammengesetztes, und jeder Ausdruck von etwas Einfachem ist eine Abstraction. Daraus folgt, daß man von den göttlichen Vollkommenheiten nie in einer ihnen angemessenen Weise sprechen könne; concrete Ausdrücke sind der göttlichen Einfachheit unangemessen, abstracte Ausdrücke deuten an sich genommen immer an, daß das Bezeichnete an einem Anderen vorkomme, sind also gleichfalls der göttlichen

---

[1]) Opusc. 2, c. 27.

[2]) Deus per unum simplex suum esse omnimodam perfectionem possidet, quam res aliae per diversa quaedam consequuntur, imo multo majorem. Ex quo patet necessitas plurium nominum de Deo dictorum. Quia enim eum non possumus cognoscere naturaliter, nisi ex effectibus deveniendo in ipsum, oportet quod nomina, quibus perfectionem ipsius, signamus, diversa sint, sicut et perfectiones in rebus inveniuntur diversae. Si autem ipsam essentiam, prout est, possemus intelligere, et ei nomen proprium adaptare, uno nomine tantum eam exprimeremus; quod promittitur his qui eum per essentiam videbunt: In die illa erit Dominus unus, et nomen ejus unum. Zach. 14, 9. Gent. I, c. 31.

Einfachheit zuwider. Darum sagt auch Dionysius Areopagita, daß derlei Bezeichnungen Gottes eben so gut behauptet, als in Abrede gestellt werden können. Der modus supereminentiae aber, oder dasjenige, worin die göttlichen Vollkommenheiten die creatürlichen überragen, muß entweder rein negativ, wie die Zeitlosigkeit, Unendlichkeit u. s. w., oder ganz nur beziehungsweise ausgedrückt werden, z. B. erste Ursache, höchstes Gut, Allmacht u. s. w. [1]) Das Unzureichende der menschlichen Sprache zeigt sich nicht bloß in den Gott beigelegten Namen und Prädicaten, sondern auch in den daraus gebildeten Sätzen und in der aus Sätzen zusammengesetzten Rede. Jeder Satz ist eine Zusammensetzung aus Subject und Prädicat; in Gottes einfacher Wahrheit aber ist Beides absolut identisch. Diese Identität wird sprachlich auf unvollkommene Weise nachgebildet durch Verknüpfung von Subject und Prädicat mittelst der copula verbalis [2]). Eben so sind die mit dem Subjecte Gott verbundenen Zeitwörter und Participien inadäquat, sofern sie jedesmal eine bestimmte Zeit ausdrücken; und können nur insofern gelten als die Ewigkeit alle Zeit umschließt [3]). Die pronomina demonstrativa und relativa deuten zunächst nur auf sinnlich wahrnehmbare Objecte; auf Gott können sie insofern deuten, als er bereits im intellectuellen Denken aufgefaßt worden ist [4]).

---

[1]) Vgl. Gent. I, c. 30.

[2]) Gent. I, c. 36.

[3]) Übrigens kann von Gott etwas Zeitliches ausgesagt werden: Cum Deus sit extra totum ordinem creaturae et omnes creaturae ordinentur ad ipsum, et non e converso; manifestum est quod creaturae realiter referuntur ad ipsum Deum; sed in Deo non est aliqua realis relatio ejus ad creaturas, sed secundum rationem tantum, inquantum creaturae referuntur ad ipsum. Et sic nihil prohibet hujusmodi nomina importantia relationem ad creaturam praedicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipsius, sed propter creaturae mutationem, sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato. 1 qu. 13, art. 7.

[4]) 1 qu. 13, art. 1 ad 3tium.

b. Die inneren Verhältnisse der göttlichen Wesenheit.

Da die menschliche Vernunft Gott nur aus seinen Werken erkennt, nicht aber, was und wie er an sich ist, so sind ihrem Denken die inneren Lebensvorgänge in Gott unerreichbar; sie würde daher ohne Offenbarung um den dreieinigen Gott nicht wissen. Die Vernunft bringt es aus sich wol dazu, drei Arten von Vollkommenheit in Gott zu unterscheiden, das Können, Erkennen und Wollen, oder Macht, Weisheit und Güte [1]; daß aber dieselben drei specifischen Trägern innerhalb der göttlichen Wesenheit angehören, erfährt sie erst durch die Offenbarung [2]. Und auch, nachdem sie durch die Offenbarung darum weiß, kann sie das Geglaubte nicht als eine denknothwendige Wahrheit beweisen [3]; wol aber ist sie im Stande,

---

[1] Fälschlich — bemerkt Thomas — würde man sich für das Gegentheil auf eine Stelle bei Aristoteles de coelo II, text. 2 berufen. Quod ergo Aristoteles dicit: »Per hunc numerum (scil. ternarium) adhibuimus nos ipsos magnificare Deum unum etc.« non est sic intelligendum, quod ipse poneret ternarium numerum in divinis. Sed vult dicere quod antiqui utebantur ternario numero in sacrificiis et orationibus propter quamdam ternarii numeri perfectionem. Eben so wenn Augustinus Confess. VII, 9 bei den Platonikern die biblischen Worte findet: In principio erat Verbum — so ist damit nicht der Sohn Gottes, sondern die Weltidee gemeint. Oder wenn sie das Wort als zweite Substanz nach jener des Vaters setzten, so wußten sie doch von keiner dritten, welche dem heiligen Geiste entsprechen würde. Die Stelle aus Hermas Trismegistos: Monas monadem genuit u. s. w. bezieht sich auf die Welthervorbringung. 1 qu. 32, art. 1.

[2] Diese Offenbarung ist eine nothwendig geforderte Vervollständigung der Metaphysik: Cognitio divinarum personarum fuit necessaria nobis dupliciter. Uno modo ad recte sentiendum de creatione rerum. Per hoc enim, quod dicimus Deum omnia fecisse verbo suo, excluditur error ponentium Deum produxisse res ex necessitate naturae. Per hoc autem quod ponimus in eo processionem amoris, ostenditur quod Deus non propter aliquam indigentiam creaturas produxit, nec propter aliquam aliam causam extrinsecam, sed propter amorem suae bonitatis.... Alio modo et principalius, ad recte sentiendum de salute generis humani, quae perficitur per filium incarnatum et per donum spiritus sancti. 1 qu. 32, art. 1.

[3] Bonitas enim infinita Dei manifestatur etiam in productione creaturae

die dawider erhobenen Einwände als grundlos zu beseitigen, und falsche Auffassungen des Geheimnisses zurecht zu stellen [1]). Auch weiß sie, daß der einzig mögliche und darum nothwendige Anknüpfungspunct für einen rationellen Nachweis dieser Wahrheit im intellectiven Leben Gottes zu suchen ist [2]), welches sich im Erkennen

---

quia infinitae virtutis est ex nihilo producere. Non enim oportet, si infinita bonitate se communicat, quod aliquid infinitum a Deo procedat, sed quod secundum modum suum recipiat divinam bonitatem. Similiter etiam quod dicitur, quod sine consortio non potest esse jucunda possessio alicujus boni, locum habet, quando in una persona non invenitur perfecta bonitas. Unde indiget ad plenam jucunditatis bonitatem bono alicujus alterius consociati sibi. Similitudo autem intellectus nostri non sufficienter probat aliquid de Deo, propter hoc, quod intellectus noster non univoce invenitur in Deo et in nobis. Et inde est, quod Augustinus, super Joann. (tract. 27) dicit, quod per fidem venitur ad cognitionem et non e converso. Ibidem.

[1]) Pluralitas personarum in divinis est de his, quae fidei subjacent, et naturali ratione humana nec investigari, nec sufficienter probari potest; sed in patria intelligendum exspectatur, cum Deus per essentiam videbitur visione fidei succedente. Sed tamen sancti Patres propter instantiam eorum, qui fidei contradicunt, coacti sunt et de hoc disserere, et de aliis quae spectant ad fidem, modeste tamen et reverenter absque comprehendendi praesumtione. Nec talis inquisio est inutilis, cum per eam elevetur animus ad aliquid veritatis capiendum, quod sufficiat ad excludendos errores. Unde Hilarius dicit in libr. de Trin.: Hoc credendo (scil. pluralitatem personarum in divinis) incipe, percurre, persiste; et si non perventurum me sciam, tamen gratulabor perfecturum. Qui enim pie infinita prosequitur, et si non contingat aliquando, tamen proficiet prodeundo. De Potentia, qu. 9, art. 5.

[2]) Ad manifestationem aliqualem hujus quaestionis et praecipue secundum quod Augustinus eam manifestat, considerandum est, quod omne quod est perfectum in creaturis, oportet Deo attribui, secundum id, quod est de ratione illius perfectionis absolute, non secundum modum quo est in hoc vel in illo. Non enim bonitas est in Deo vel sapientia secundum aliquod accidens sicut in nobis, quamvis in eo sit summa bonitas et sapientia perfecta. Nihil autem nobilius et perfectius in creaturis invenitur, quam intelligere, cujus signum est, quod inter ceteras creaturas substantiae intellectuales sunt nobiliores, et secundum intellectum ad Dei imaginem factae dicuntur. Oportet ergo, quod intelligere Deo conveniat, et omnia quae sunt de ratione ejus, licet alio modo conveniat sibi quam creaturis. Ibidem.

